Exo. 19 voceſq3 ille nō ſtrepitu cōfuſo edebāt̄: ſed ex eis quedā ſigna dari certiſſimis indicijs ap

parebat: miracula erant. Quis attrahit humorē p̄ radicē vitis ad botrū ⁊ vinū facit: niſi deus: qui ⁊ hoīe plantāte ⁊ rigante incrementū dat. Sed cū ad nutū dñi aqua in vi/ j. Co. 3
nū inuſitata celeritate cōuerſa eſt: etiā ſtultis fatentibus vis diuina declarata eſt. Quis Joh. 2
arbuſta fronde ac flore veſtit ſolēniter: niſi deus. Dex cū floruit v̄ga ſacerdotis aarō: collocuta eſt quodāmō cū dubitante humanitate diuinitas. Et linguis certe oibus: et oibus animaliū carnib⁹ gignendis atq3 formandis cōmunis eſt terrena materies. Et quis ea facit: niſi qui dixit vt hec terra p̄duceret: ⁊ in eodē verbo ſuo que creauit regit Gen. j
atq3 agit. Sed cū eādē materiā ex v̄ga moy/
ſi in carnē ſerpētis proxime ac velociter vertit: miraculū fuit rei quidē mutabilis: ſed tñ Exo. 4
inuſitata mutatio. Quis autē animat queq3 viua naſcentia: niſi qui ⁊ illum ſerpente3 ad horam ſicut opus fuerat animauit.

Qd̄ deus omnem creaturam corporalē animare cognoſcitur in vteris matrum.

Capitulu3. vi.

Et quis reddidit cadauerib⁹ animas ſuas: cū reſurgeret mortui: niſi q anīmat carnes in vteris matrū: vt oriantur morituri: Simil'r⁊ de cōmuni materia: in cauſis mūdialibus ꝯſiſtit: ſubito ad tp̄us p̄dire arietē ⁊ columbā ꝯſtituit: q̄bus vnus vigor carneus ⁊ in tp̄e ⁊ ex tp̄e acceſſionis ⁊ receſſionis: nō diſpar ſed inuſitatus apparuit. Sed cū fiunt illa cōtinuatio quaſi quodā3 fluuio labentiū manantiūq3 rerū: ⁊ ex occulto in promptū: atq3 ex p̄mptu in occultū vſitato itinere tranſeuntiū naturalia dicunt̄. Cū vero āmonendis hoībus inuſitata mutabilitate ingerunt̄: magnalia noīant̄.

De miraculis que magicis artibus fiunt.

Capitulum. vij.

Hic video quid infirme cogitatiōi poſſit occurrere: cur ſc3 iſta miracula etiā magicis artibus fiant. Nam ⁊ magi pharaonis ſimiliter ſerpētes fecerunt: ⁊ alia Exo. 7
ſimilia. Sed illud amplius eſt admirandu3: quō magorum illa potentia que ſerpētes facere ibidē. 8
potuit: vbi ad muſcas minutiſſimas ventu3 eſt: oīno defecit. Scyniphes enim muſcule ſunt breuiſſime: qua tertia plaga ſuperbus pp̄l'us egyptiorum cedebat̄. Ibi certe deficientes magi dixerunt. Digitus dei eſt hic. Vñ Ibide3

intelligi daꝛ: ne ipſos quidem trāſgreſſores
angelos ꝛ aereas poteſtates: in imam iſtam
caliginē: tanq̄ in ſui generis carcerē: ab il/
lius ſublimis etheree puritatis habitatione
detruſas: ꝑ quas magice artes poſſunt quic
quid poſſunt valere aliqd niſi data deſup po
teſtate. Daꝛ autem vel ad fallēdos fallaces:
ſicut i egyptios: ꝛ i ipſos etiā magos data ē:
vt in eoꝝ ſpirituū ſeductiōe viderenꝛ admi
randi: a quibus fiebāt a dei veritate damnā
di: vel ad admonēdos fideles: ne tale aliqd
facere ꝓ magno deſiderēt: ꝓpter qd etiā no
bis ſcripture auctoritate ſunt prodita: vel ad
exercēdā: ꝓbandā manifeſtandāq; iuſto
rum patientiā. Neq; enim parua viſibiliū
miraculorum potētia: iob cūcta que habebat
amiſit: ꝛ filios: ꝛ ipſam corporis ſanitatem.

Quicquid angeli trāſgreſſores mali faciūt: non ipſis ſeruiunt ad nutū creature corporales: ſ; deo a quo daꝛ poteſtas. Ca. viij.

n Ec ideo putandū eſt iſtis trāſgreſſori
bus angelis ad nutū ſeruire hanc viſi
bilium rerū materiā: ſed deo potius
a quo hec poteſtas daꝛ: quantū in ſublimi ꝛ
ſpirituali ſede incōmutabilis iudicat. Nā ꝛ
dānatis iniquis etiā in metallo ſeruiūt aqua
ꝛ ignis ꝛ terra vt faciāt inde qd volūt: ſ; quā
tū finitur. nec ſane creatores illi mali angeli
dicēdi ſunt: q2 per illos magi reſiſtentes fa/
mulo dei: ranas ꝛ ſerpentes fecerunt. Non
enim ipſi eas creauerūt. Omne quippe reꝝ
que corporaliter viſibiliterq; naſcunꝛ occul/
ta quedā ſemina in iſtis corporeis mūdi hu
ius elementis latent. Alia ſunt enim hec iā
ꝯſpicua oculis noſtris ex fructibus ꝛ animā
tibus: alia vero illa occulta iſtorū ſeminū ſe
mina. Vñ iubente creatore ꝓduxit aqua pri
ma natalitia ꝛ volatilia. Terra aūt prima ſui
generis germina: ꝛ prima ſui generis ani/
malia. Neq; enim tūc huiuſcemodi fetus ita
producti ſunt: vt in eis que ꝓducta ſunt: vis
illa conſumpta ſit: ſed plerumq; deſunt con/
grue temperamentorū occaſiones: quibus
erumpant ꝛ ſpecies ſuas peragāt. Ecce enī
breuiſſimus ſurculus ſemen eſt. nam cōue/
nienter mādatus terre arborē facit. Huius
autē ſurculi ſubtilius ſemen aliqd eiuſdē ge
neris granum eſt: ꝛ huc uſq; nobis viſibile.
Jam vero huius etiā grani ſemē: q̄uis ocu
lis videre nequeamus: rōne tñ cōijcere poſ
ſumus: q2 niſi talis aliqua vis eēt in iſtis ele
mentis: nō plerūq; naſcerenꝛ ex terra q̄ ibi
ſeminata nō eſſent. Nec animalia tam mul
ta: nulla mariū: ſeminarūq; cōmixtiōe ꝓcece
dēte: ſiue i terra: ſiue in aqua. que tñ creſcūt:
ꝛ coeundo alia pariūt: cū illa nullis coeunti/
bus parentibus orta ſint. Et certe apes ſe/
mina filioꝝ nō coeundo cōcipiūt: ſed tanq̄
ſparſa ꝑ terras ore colligunt. Inuiſibiliū enī
ſeminū creator: ipſe creator eſt oīū reꝝ: qm̄
quecūq; naſcendo ad oculos noſtros exeūt:
ex occultis ſeminibus accipiūt progrediēdi
primordia. ꝛ incrementa debite magnitudi
nis diſtinctioneſq; formarū: ab originalib⁹
tanq̄ regulis ſumunt. Sicut ergo nec parē
tes dicimus creatores hoīum: nec agricolas
creatores frugū: q̄uis eoꝝ extrinſecus adhi
bitis motibus iſta creanda dei virtus interi
us operetur. Ita nō ſolum malos: ſ; nec bo
nos angelos fas eſt putari creatores. ſi pro
ſubtilitate ſui ſenſus ꝛ corporis: ſemina reꝝ
iſtarū nobis occultiora nouerūt: ꝛ ea per con
gruas temperationes elementorū latenter
ſpargunt: atq; ita gignēdaꝝ rerū: ꝛ accelerā
dorū incrementorū prebent occaſiones. Sʒ
nec boni hec niſi quantum deus iubet: nec
mali hec iniuſte faciunt: niſi quātū iuſte ipe
permittit. Nam iniqui malitia voluntatē ha
bet iniuſtam: poteſtatē aūt nō niſi iuſte acci/
pit: ſiue ad penam ſuā: ſiue ad alioꝝ: vel pe
nam malorum: vel laudem bonorū. Itaq;
aplus paulus diſcernēs interius deū crean/
tem atq; formantē: ab operibus creature q̄
admonenꝛ extrinſecus: ꝛ de agricultura ſi/
militudinem aſſumens ait. Ego plantaui Co. 3
apollo rigauit: ſed deus incremētū dedit. Si
cut ergo in ipſa vita noſtra mētē iuſtificādo
formare nō poteſt niſi deus: predicare autē
euangeliū extrinſecus ꝛ hoīes poſſunt: nō
ſolum boni per veritatem: ſed etiam mali ꝑ
occaſionē. Ita creationē rerū viſibiliū de/
us interius operatur. Exteriores aūt opera
tiones ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ: vel angeloꝝ
vel hoīum: ſiue etiā quorumcūq; animaliū
ſm imperiū ſuū: ꝛ a ſe impartitas diſtributō
nes poteſtatū ꝛ appetitiones cōmoditatū ita
rerū nature adhibet in qua creat omnia quē
admodū terre agriculturam. Quapropter:
ita nō poſſum dicere angelos malos magi/
cis artibus euocatos: creatores fuiſſe rana/

rū atqꝫ ſerpentiū. ſicut nō poſſum dicere ho/
mines malos creatores eſſe ſegetis: quā per
Gē.30 coꝝ operā video exortā. Sic nec iacob crea
tor colorū in pecoribus fuit: qꝛ bibentibꝰ in
cōceptu matribus variatas virgas quas in
tuerent̄ appoſuit. Sed nec ipe pecudes crea
trices fuerūt varietatis prolis ſue: qꝛ inheſe
ſerat anime illaꝝ diſcolor phantaſia ex cōtui/
tu variarū virgaꝝ ꝑ oculos i preſſa que non
potuit niſi corpus qđ ſic affecto ſpū animaba
tur ex cōpaſſiōe cōmixtionis afficere vñ tene
ris fetuuꝫ primordijs colore tenus aſperge/
ret̄. Vtenī ſic ex ſemetipſis afficiant̄: vel aīa
ex corpore; vel corpus ex anima: cōgruentie
rationis id faciunt que incommutabiliter vi
uunt in ipſa ſumma dei ſapientia: quā nulla
ſpacia locoꝝ capiunt. ⁊ cū ipſa ſit incōmuta/
bilis: nihil eorum que cōmutabiliter ſunt de
ſerit: quia nihil coꝝ niſi ꝑ ipſam creatuꝫ eſt.
Vt enim de pecoribus nō virge ſed pecora
naſcerent̄: fecit hoc incōmutabilis ⁊ inuiſi/
bilis ratio ſapientie dei: ꝑ quam creata ſunt
oīa. Vt aūt de varietate virgaꝝ pecorū cōce
ptorū color aliqđ duceret: fecit h̄ anima gra/
uide pecudis per oculos affecta forinſecus:
⁊ interius ſecuꝫ pro ſuo modulo formādi re
gulam trahens: quā de intima potentia ſui
creatoris accepit. Sed quanta ſit vis anime
ad afficiendā atqꝫ mutandā materiā corpora
lem: cū tñ creatrix corporis dici nō poſſit: qꝛ
omnis cauſa mutabilis ſenſibiliſqꝫ ſubſtātie
omniſqꝫ modus ⁊ numerus ⁊ pondus eius
vnde efficit̄ vt ⁊ ſit: ⁊ natura ita vel ita ſit: ab
intelligibili ⁊ incōmutabili vita que ſuꝑ om/
nia eſt: exiſtit: ⁊ ꝑuenit vſqꝫ ad extrema atqꝫ
terrena: multus ſermo eſt: nec nūc neceſſari
us. Verū propterea factū iacob de pecoribꝰ
cōmemoranduꝫ arbitratus ſum: vt intellige
ret̄ ſi homo q virgas illas ſic poſuit: dici non
pōt creator colorū in agnis ⁊ hedis. nec ipſe
matrū anime que ꝯceptaꝫ ꝑ oculos corporis
phantaſiam varietatis ſeminibus carne con
ceptis: quātum natura ꝑpaſſa eſt: aſperſerūt
multo minus dici poſſe ranarum ſerpētiūqꝫ
creatores angelos malos: ꝑ quos magi pha
Exo. 8 raonis tunc illa fecerunt.

De cauſis originalibꝰ creaturaꝝ corꝑaliuꝫ:
quas mūdo creator inſuit. Ca. ix.

a Liud eſt enim ex intimo ac ſūmo cau
ſarū cardine cōdere atqꝫ adminiſtrare
creaturaꝫ: qđ q facit: ſolus creator eſt deus.
Aliud aūt ꝓ diſtributis ab illo viribus ⁊ fa/
cultatibus aliquā operationeꝫ forinſecus ad
mouere: vt tunc vel tunc: ſic vel ſic: exeat qđ
creat̄. Iſta qppe originaliter ac primordiali/
ter in quadā textura elementoꝝ cūcta iā crea
ta ſunt: ſed acceptis oportunitatibꝰ prodeūt.
Nam ſicut matres grauide ſunt fetibus: ſic
ipſe mūdus grauidus eſt cauſis naſcentiū: q̄
i illo nō creant̄: niſi ab illa ſūma eſſentia: vbi
nec oritur: nec moritur aliqđ: nec incipit eē:
nec deſinit. Adhibere āt forinſecꝰ accidētes
cauſas: que tametſi non ſunt naturales: tñ ſe
cundum naturā adhibent̄: vt ea que ſecreto
nature ſinu abdita ꝯtinent̄: erumpāt. ⁊ foris
creſcentur quodāmodo explicādo menſuras
⁊ numeros: ⁊ pondera que in occulto acce/
perunt ab illo: qui omnia in menſura ⁊ nu/ Sap. xi
mero ⁊ pōdere diſpoſuit: nō ſolum mali an/
geli: ſꝫ etiaꝫ mali hoīes pñt. ſicut exēplo agri
culture: ſupra docui. Sed ne de animalibꝰ
quaſi diuerſa ratio moueat: qꝛ habent ſpiritū
vite cū ſenſu appetendi: que ſecundū naturā
ſunt vitandiqꝫ cōtraria: etiaꝫ hoc eſt videre:
q̄ꝫ multi hoīes nouerunt: ex quibus herbis
aut carnibus: aut quarūcunqꝫ reruꝫ quibuſ/
libet ſuccis: ⁊ humoribus: vel ita poſitis: vel
ita obrutis. vel ita cōtritis: vel ita cōmixtis:
que animalia naſci ſoleāt: quoꝝ ſe qs tā de/
mens audeat dicere creatorē. Quid ḡ mirū
ſi quēadmodū pōt noſſe quilibet nequiſſimꝰ
hō: vnde illi vel illi vermes muſceqꝫ naſcan
tur. ita mali angeli ꝓ ſubtilitate ſui ſenſus in
occultioribus elemētoꝝ ſeminibus norunt:
vñ rane ſerpenteſqꝫ naſcant̄: ⁊ hec ꝑ certas ⁊
notas tēporationū opportunitates occultis
motibus adhibendo faciūt creari: nō creant
ſed illa hoīes que ſolent ab hominibus fieri
nō mirant̄. Quod ſi quiſqꝫ celeritates incre
mētoꝝ forte mirat̄: ꝙ illa aīantia tā cito facta
ſunt. attendat quēadmoduꝫ ⁊ iſta ꝓ modulo
facultatis humane ab hominibus ꝓcurent̄.
Vñ enim fit vt eadē corpora citius verme/
ſcant eſtate q̄ꝫ hieme: citius in calidioribꝰ q̄ꝫ
in fridigioribus locis. Sed hec ab homini/
bus tāto difficilius adhibent̄: quanto deſunt
ſenſuum ſubtilitates: ⁊ corporuꝫ mobilitates
in membris terrenis ⁊ pigris. Vnde quali/
buſcūqꝫ angelis vicinas cauſas ab elemētis
ꝯtrahere: quanto facilius eſt: tanto mirabilio

res in huiuſmodi operibus eorum exiſtunt ce⸗ leritates. ſed nō eſt creator: niſi qui principaliter iſta format. Nec quiſq́ꝫ hoc pōt niſi ille penes quē primitus ſunt oīum que ſunt menſure: numeri: et pōdera: et ipſe eſt vnus creator deus: ex cuius ineffabili potētatu fit etiaꝫ vt qđ poſſent hi angeli ſi pmitterent̄: iđ non poſſunt: q2 non pmittunt̄. Neq́ꝫ eniꝫ occurrit alia ratio: cur nō potuerint facere minutiſſimas muſcas qui ranas ſerpētesq́ꝫ fecerūt: niſi q2 maior aderat dn̄atio ꝓhibēdi p ſpiritū ſanctū: qđ etiā ipſi magi ꝯfeſſi ſunt dicentes: digitus dei ē hic. Quid aūt poſſint p naturā: nec poſſint p prohibitionē: et qd p ipſius nature ſue cōditionē facere nō ſinant̄: homini explorare difficile eſt: imo vero impoſſibile: niſi p illud donū dei: qđ aplus cōmemorat dicens. Alij dijudicatio ſpirituum. Nouimus eniꝫ hoīem poſſe ambulare: et nequaq́ꝫ hoc poſſe ſi nō permittatur. volare autēꝫ nō poſſe etiā ſi pmittat̄. Sic et illi angeli quedaꝫ poſſunt facere: ſi pmittāt̄ ab angelis potētioribus ex imperio dei. quedā vero nō poſſūt nec ſi ab eis pmittant̄: q2 ille nō pmittit a quo illis eſt talis nature modus: q etiā p angelos ſuos et illa plerūq́ꝫ nō pmittit que cōceſſit vt poſſint. Exceptis igit̄ illis que vſitatiſſimo trāſcurſu tēpoꝝ in rerū nature ordine corporaliter fiūt: ſicuti ſunt ortus ſiderū occaſusq́ꝫ generationes et mortes animaliū: ſeminum et germinum innumerabiles diuerſitates: nebule et nubes: niues et pluuie: fulgura et tonitrua: fulmina et grādines: venti et ignis frigus et eſtus: et omnia talia. Exceptis etiā illis que in eodem ordine rara ſunt: ſicut defectus luminum: et ſpecies in vſitate ſideruꝫ et monſtra et terremotus. et ſimilia. Exceptis ergo iſtis omnibus quoꝝ quidem prima et ſumma cauſa nō eſt niſi voluntas dei. Vnde et in pſalmo: cum quedam huius generis eēnt cōmemorata: ignis: grādo: nix: glacies: ſpūs tēpeſtatis: ne qs ea vl' fortuitu vel cauſis tātūmodo corporalibus: vel etiaꝫ ſpiritalibus: tn̄ preter voluntatē dei exiſtētibus agi crederet: cōtinuo ſubiecit: que faciūt verbum eius.

Sap. ij (margin, beside "ſure: numeri")
Exo. 8 (margin, beside "rit alia ratio")
ibidē. 7 (margin, beside "ſimas muſcas")
Exo. 8 (margin, beside "digitus dei")
j Cor. j (margin, beside "dicens. Alij")
pſ. 148 (margin, beside "neris eēnt")
Ibideꝫ (margin, beside "bus agi")

De ſignificationibus que ad manifeſtandā voluntatem dei: ſiue per homines ſiue p angelos miniſtrantur.

Capitu. x.

Ed his vt dicere ceperā exceptis: alia ſunt illa que q́uis ex eadem materia corporali: ad aliqđ tamē diuinit9 annūciandūꝫ noſtris ſenſibus admouentur: que proprie miracula et ſigna dicunt̄: nec in omnibus que a nobis a dn̄o deo annunciātur. ipſius dei perſona ſuſcipit̄. Cum autē ſuſcipit̄: aliqñ in angelo demonſtrat̄: aliqñ in ea ſpecie que nō eſt qđ angelus: q́uis p angelum diſpoſita miniſtret̄. Rurſus cū in ea ſpecie ſuſcipit̄: que nō eſt qđ angelus: aliqñ iaꝫ erat ipſum corpus: et ad hoc demonſtrandū in aliquā mutationē aſſumit̄. aliqñ ad hoc exorit̄: et re pacta rurſus aſſumit̄. ſicut etiaꝫ cum hoīes annunciant: aliqñ ex ſua pſona verba dei loquunt̄: ſicuti cū premittit̄: dixit dominus: aut hec dicit dn̄s: aut tale aliqđ. aliqñ aūt nihil tale pmittentes: ipſam dei pſonaꝫ in ſe ſuſcipiūnt. ſicuti eſt. Intellectū tibi dabo: et cōſtituā te in via qua ingredieris. Sic nō ſolū in dictis: verūetiā in factis dei pſona ſignificāda imponit̄ ꝓphete: vt eam gerat in miniſterio ꝓphetie: ſicut eius pſonam gerebat qui veſtimentū ſuum diuiſit in duodecim partes: et ex eis decē ſeruo regis ſalomonis dedit: regi futuro iſrael. Aliquādo etiā res que nō erat qđ ꝓpheta: et erat iam in terrenis rebus in hmōi ſignificationē aſſumpta ē. ſicut ſomnio viſo euigilans iacob fecit de lapide: quē dormiens habebat ad caput. Aliquādo ad hoc fit eadē ſpecies vel aliquātulum manſura: ſicut potuit ſerpens ille eneus exaltat9 in heremo: ſicut pñt et lr̄e. vel pacto miniſterio tranſitura: ſicut panis ad hoc factus in accipiendo ſacramēto cōſumit̄. Sed q2 hec hominibus nota ſunt: q2 p hoīes fiunt: honoreꝫ tanq́ꝫ religioſa poſſunt habere: ſtuporeꝫ tanq́ꝫ mira nō poſſunt. Itaq́ꝫ illa que p angelos fiūt: quo difficiliora et ignotiora: eo mirabiliora ſunt nobis. illis aūt tanq́ꝫ ſue actiones note atq́ꝫ faciles. Loquitur ex perſona dei angelus homini dicens. Ego ſum deus abraam: et deus iſaac: et deus iacob: cuꝫ ſcriptura pdixiſſet. Viſus ē ei angelus dn̄i. Loquit̄ et homo ex pſona dn̄i dicens. Audi populus meus et loquar iſrael: et teſtificabor tibi deus: deus tuus ego ſum. Aſſumpta eſt virga ad ſignificationem. et in ſerpentem angelica facultate mutata eſt. Que facultas cuꝫ deſit homini: aſſumptus eſt tamen et ab

Pſ. 31 (margin, beside "nihil tale")
3 Re. ij (margin, beside "ficāda imponit̄")
Ge. 28 (margin, beside "bus in hmōi")
Nu. 21 (margin, beside "ad hoc fit")
Exo. 3. (margin, beside "dei angelus")
pſ. 80. (margin, beside "quit̄ et homo")

hoie lapis: ad talē aliquā significationē. In
ter factū angeli: ⁊ factū hoīs: plurimum di/
stat. Illud ⁊ mirandū ⁊ intelligendū ē. hoc
aūt tantūmō intelligendū. Qđ ex vtroq; in/
telligit: fortassis vnū est: at illa ex quibus in
telligit diuersa sunt: tanq̄ si nomē dñi ⁊ au/
ro ⁊ attramento scribat. Illud est p̄ciosius:
illud vilius: qđ tñ vtroq; significat idipsum
Exo. 4 est. Et q̄uis idē significauerit: ex virga moy
Ge. 28 si serpēs: qđ lapis iacob: melius tñ aliquid
Exo. 7 lapis iacob q̄ serpētes magorū. Nam sicut
vnctio lapidis christum in carne: in qua vn/
Ps. 44 ctus est oleo exultationis pre participib⁹ su/
is: ita virga moysi cōuersa in serpentē: ipm
Phi. 2 xp̄m factū obedientem vsq; ad mortem cru/
Joh. 3 cis. vñ ait. Sicut exaltauit moyses serpentē
in deserto: sic oportet exaltari filiū hoīs: vt
omnis qui credit in ipso: nō pereat: sed habe
Nu. 21 at vitā eternā. Sicut intuētes illū serpētem
exaltatū in heremo: serpentum morsib⁹ non
Ro. 6. peribant. Vet⁹ enim homo noster fix⁹ ē cru
ci cū illo: vt euacuet corpus peccati. Per ser
pentē enim intelligit mors: que facta est a
serpente in paradiso: modo locutionis p effi
cientē id qđ efficit demonstrātē. Ergo vir/
ga in serpentē: xp̄s in mortē: ⁊ serpens rur
sus in virgā: xp̄s in resurrectionē totus cū
corpore suo qđ est ecclesia: qđ i fine tpis erit:
quem serpentis cauda significat: quam moy
Exo. 4 ses tenuit: vt rediret in virgam. Serpentes
aūt magorū tanq̄ mortui scli: nisi credētes
in xp̄m tanq̄ deuorati in corpus eius intra
uerint: resurgere in illo nō poterunt. Lapis
ergo iacob vt dixi: melius aliquid significa/
uit q̄ serpentes magorū. At enim factū ma/
gorū: multo mirabilius. Verū hec ita nō pre
iudicāt rebus intelligēdis: tanq̄ si hominis
nomē scribat auro: ⁊ dei attramento. Illas
etiā nubes ⁊ ignes quō fecerint vel assum/
pserint angeli ad significandū quod annun
ciabāt: etiā si dñs vel spiritussanctus illis cor
poralibus formis ostendebat. Quis nouit
hominū: sicut infantes nō norunt qđ in alta
ri ponit: ⁊ peracta pietatis celebratione con/
sumit: vnde vel quomodo cōficiat: vnde in
vsum religionis assumatur. Et si nunq̄ di/
scant experimento vel suo vl aliorū: ⁊ nunq̄
illam speciem rerum videant: nisi inter cele
brationem sacramentorū cum offertur ⁊ da/
tur: dicaturq; illis auctoritate grauissima cu
ius corpus ⁊ sanguis sit: nihil aliud credent:
nisi omnino in illa specie dñm oculis appa/
ruisse mortalium: ⁊ de latere tali percusso: li
quorē illū oīno fluxisse. Mihi autem omni/
no vtile est: vt meminerim viriū mearū fra/
tresq; meos admoneā: vt ⁊ ipsi meminerint
suarū ne vltra q̄ tutū est humana ꝓgrediat
infirmitas. Quemadmodū enim hec faciunt
angeli vel potius deus: quēadmodū hec fa/
ciat p angelos suos: ⁊ quantū fieri velit etiā
p angelos malos: siue sinendo: siue iubēdo
siue cogendo: ex occulta sede altissimi impe/
rij sui: nec oculorū acie penetrare: nec fidu
cia rationis enucleare: nec ꝯceptu mētis cō
prehendere valeo: vt tā certus hinc loquar
ad omnia que requiri de his rebus possunt
q̄ si essem āgel⁹: aut ꝓpheta: aut apl's. Cogi
tatiōes enim mortaliū timide: ⁊ incerte ꝓui
dentie nr̄e. Corpus enim qđ corrūpit aggra Sap. 9
uat animā: ⁊ deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantē. Et difficile estima
mus que in terra sunt: ⁊ q̄ in ꝓspectu sunt i/
uenimus cū labore. Que in celis sunt autē
quis inuestigabit. Sz qr sequit ⁊ dicit. Sen Sap. 9
sum vero tuū quis sciet. nisi tu dederis sapiē
tiā: ⁊ miseris sanctū spiritū tuū de altissimis.
Que in celis sūnt quidē nō inuestigamus:
quo rerū genere ⁊ corpora angelica fm pro/
priā dignitatē ⁊ corū quedā corporalis actio
cōtinet. fm spm̄ tñ dei missum nobis de altis
simis ⁊ impartitā eius gratiā mentibus no/
stris: audeo fiducialiter dicere: nec deū prēm
nec verbū eius: nec spm̄ eius: qđ deus vn⁹
est: p id qđ est: atq; idipm ē: vllo mō esse mu
tabilē: ac per hoc multo minus esse visibilē:
qm̄ sunt quedā q̄uis mutabilia: nō tñ visi/
bilia: sicut nr̄e cogitatiōes: ⁊ memorie: ⁊ vo
lūtates: ⁊ ois incorporea creatura. Visibile
aūt qđq̄ nō est: qđ nō sit mutabile.

Essentiam trinitatis nūquā oculis apparuis
se martalium: sed per subiectam sibi creatu/
ram significasse que voluit.

Capitulum. xi.

q Vapropter substātia vel si melius di
cit essentia dei: vbi pro modulo nr̄o ex
quātulacūq; particula itelligimus prēm: ⁊ fi/
liū: ⁊ spūmsctm̄: qm̄ qdē nullo mō mutabilis
est: nullo mō pōt ipa p semetipsā esse visibi
lis. Proinde illa oia que patrib⁹ visa sunt
cū deus illis fm suā dispēsationē tēporib⁹

cōgruā preſentaret: p creaturā facta eſſe manifeſtū ē. Et ſi nos latet quō ea miniſtris angelis fecerit: p angelos tñ eſſe facta nō ex no
Ro. 12 ſtro ſenſu dicimus: ne cuiq; videamur plus ſapere preterq̃ oportet ſapere. Sed ſapiam⁹ ad temperantiā ſicut deus nobis partitus ē
1 Cō. 4 menſuraʒ fidei: ⁊ credimus ꝓpter qđ ⁊ loquimur. Extat eniʒ auctoritas diuinaꝝ ſcripturaꝝ: vnde mens noſtra deuiare nō debet: nec relicto ſolidamēto diuini eloquij: p ſuſpitionū ſuaꝝ abrupta p̄cipitari: vbi nec ſenſus corporis regit: nec perſpicua ratio veritatis elucet. Apertiſſime quippe ſcriptū eſt in epiſtola ad hebreos: cū diſpenſatio noui teſtamenti a diſpenſatione veteris teſtamenti ſm cōgruētiaʒ ſeculoꝝ ac tēpoꝝ diſtingueret: nō tantū illa viſibilia: ſed ipm etiaʒ ſermonē
Heb. j. p angelos factū. ſic enim dicit. Ad quē autē angeloꝝ dixit aliqñ: ſede ad dexterā meam: quoadusq; ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Nōne omnes ſunt miniſtri ſpūs ad miniſtrationē miſſi: ꝓpter eos qui futuri ſunt hereditatem poſſidere ſalutis. Hinc oſtēdit illa omnia: nō ſoluʒ p angelos facta: ſed etiam propter nos facta. id eſt propter populum dei: cui ꝓmittit̄ hereditas vite eterne
j Cō. 10 ſicut ad corinthios etiā ſcriptuʒ eſt. Omnia hec in figura ꝯtingebāt illis. ſcripta ſunt aūt ad correptioneʒ noſtraʒ: in quos finis ſeculorum obuenit. Deīde quia tūc per āgelos: nūc autem per filiū ſermo fact⁹ eſt: cōſequē
Heb. 2 ter aperteq; demōſtrans. Propterea iquit abundātius oportet attendere nos ea que audiuimus: ne forte defluamus. Si enim qui per angelos dictus ſermo fact⁹ eſt firm⁹: et omnis preuaricatio ⁊ inobedientia iuſtaʒ accepit mercedis retributiōem: quomodo nos effugiem⁹ tantam negligentes ſalutem. Et quaſi querentes quam ſaluteʒ vt oſtenderet ſe de nouo teſtamento iam dicere. id eſt ſer
Ibideʒ mone qui nō per angelos: ſʒ per dñm fact⁹ ē. Que cū initiū accepiſſet iquit: vt enarraretur p dñm ab his q audierūt i nos ꝯfirmata eſt: cōteſtāte deo ſignis ⁊ portētis: ⁊ varijs virtutib⁹ ⁊ ſpiritusſancti diuiſiōib⁹ ſecūduʒ ſuaʒ volūtatē: Sed ait aliquis: cur ergo ſcriptum eſt. Dixit dñs ad moyſen: ⁊ nō potius: dixit āgelus ad moyſen. Quia cuʒ verba iudicis preco pronūciat: nō ſcribitur igeſtis: ille preco dixit: ſed ille iudex. Sic etiā loquēte ꝓpheta ſctō: ⁊ ſi dicamus ꝓpheta dixit: nihil aliud q̃ʒ dñʒ dixiſſe itelligi volum⁹. Et ſi dicam⁹: dñs dixit: ꝓphetā nō ſubtrahim⁹: ſʒ qs per eū dixerit admonem⁹. Et illa qde ſcriptura ſepe apit āgelū eſſe deū: quo loquēte idētidē dr: dñs dixit: ſic iā demōſtrauim⁹. Sʒ ꝓpt eos q cū ſcriptura illius angelū noiat: ipʒ p ſe ipm filiū dei volūt intelligi: q2 ꝓpt ānūciationē paterne ac ſue volūtatis a ꝓpheta dict⁹ eſt āgelus: ꝓpterea volui ex hac eplā manifeſtius teſtimoniū dare: vbi nō dictū eſt: p āgelū: ſed p āgelos. Nā ⁊ ſtephanus in actib⁹ apſtoꝝ eo more narrat hec: quo etiā in libris veterib⁹ ꝯſcripta ſunt. Viri fratres et
patres audite īquit: de⁹ glorie apparuit abrae pri nro: cū eſſet ī meſopotamia ſyrie. Ne qs autē arbitrer̄ tūc deū glorie p id qđ in ſeipſo eſt: cuiuſq; oculis apparuiſſe mortaliū: in cōſequentibus dicit: q̄ moyſi āgelus apparuerit. Fugit inquit moyſes in verbo iſto: ⁊ factus eſt inquilinus in terra madian: vbi genuit filios duos. Et cōpletis illic annis. xl. apparuit illi in deſerto mōtis ſyna angelus dñi in flāma ignis in rubo. Moyſes autēʒ videns mirabat̄ viſum. Qui cum accederet ꝯſiderare: facta eſt vox dominj dicēs. Ego Act. 7
ſum deus patrum tuoꝝ: deūs abraam: ⁊ deus iſaac: ⁊ deus iacob. Tremefactus autem Exo. 3
moyſes: non audebat ꝯſiderare. Dixitq; illi dñs. Solue calciamentum pedū tuoꝝ ⁊c. Exo. 3
Hic certe ⁊ angelū ⁊ dñm dicit: eundemq; deū abraam: ⁊ deū iſaac: ⁊ deū iacob: ſicut in gene ſi ſcriptū eſt. An forte q̄ſq; dictur⁹ eſt: q̄ moyſi p angelū apparuit dominus: abrae vero p ſeipſuʒ. At hoc a ſtephano nō querā m⁹: ipſum librū vnde ſtephan⁹ iſta narrauit interrogemus. Nūquid enim quia ſcriptuʒ
eſt. Et dixit dñs de⁹ ad abraam. Et paulo Ge. 12
poſt. Et viſus eſt domin⁹ de⁹ abrae ꝓpterea iſta nō per angelos facta ſunt: cū alio lo
co ſimiliter dicat. Viſus eſt aūt ei de⁹ ad ilicem mambre ſedēti ad oſtium tabernaculi Ge. 18
ſui meridie. Et tñ cōſeqnēter adiūgit. Reſpiciens aūt oculis ſuis vidit: ⁊ ecce tres viri ſtabāt ſup eum: de quib⁹ iam diximus. Quō eniʒ potuerūt iſti qui vel a verbis ad intellectuʒ nolūt aſſurgere: vel facile ſe ab intellectu in verba p̄cipitāt: quō potuerūt explicare viſum eſſe deum in viris trib⁹: niſi eos ſicut etiā cōſequētia docēt: angelos fuiſſe fatean

tur. An qꝛ nō dictū eſt angelus ei locutus ē
vel apparuit: ꝓpterea dicere audebunt moy
ſi quidē illā viſionē ac vocem per angeluꝫ fa
ctā: qꝛ ita ſcriptū eſt: abꝛae aūt qꝛ cōmemoꝛa
tio angeli nō eſt facta: per ſubſtātiā ſuā deuꝫ
apparuiſſe atqꝫ ſonuiſſe. Quid qð nec apud
abꝛaam de angelo tacituꝫ eſt. Nam ita legiť
cū imolandus filius eius peperceť. Et factū
Ge.22 eſt poſt hec verba: temptauit deus abꝛaam:
ꝛ dixit ad euꝫ. Abꝛaam abꝛaaꝫ. Et ille dixit
Ecce ego. Et dixit ei. Accipe filiuꝫ tuū dile/
ctū quē diligis iſaac: ꝛ vade in terrā excelſaꝫ
ꝛ offer eū ibi holocaſtuꝫ ſuper vnuꝫ monteꝫ
quē tibi dixero. Certe hic deus: nō angelus
Ibideꝫ cōmemoꝛatus eſt. Pauloпoſt vero ita ſe hꝫ
ſcriptura extendēs aūt abꝛaam manū ſuam:
ſumpſit gladiū volens occidere filiū ſuū. Et
vocauit eum angelus dñi de celo: ꝛ dixit ei:
abꝛaam abꝛaā. Et dixit. Ecce ego. Et dixit.
Ne initias manum tuam ſup puerū: neqꝫ fa
cias ei quicqꝫ. Quid ad hoc reſpōdeť: an di/
cturi ſunt deum iuſſiſſe vt occideretur iſaac:
ꝛ angelum pꝛohibuiſſe. Porro ipſum patreꝫ
aduerſuꝫ dei ꝑceptuꝫ q iuſſerat vt occideret
obtemperaſſe angelo vt parceret. Ridendꝰ
ꝛ abijciendus hic ſenſus eſt. Sed neqꝫ huic
tam groſſo ꝛ abiecto vllum locum ſcriptura
Ibideꝫ eſſe permittit: ꝯtinuo ſubiungēs. Nūc eniꝫ
cognoui quia times deum tu: ꝛ non peper/
ciſti filio tuo dilecto ꝓpter me. Quid eſt pꝛo
pter me: niſi pꝛopter euꝫ qui occidi iuſſerat.
Idem igiť deus abꝛae qui angelus: an po/
tius p angelū deus. Accipe ſequentia. Cer/
te iam hic angelus manifeſtiſſime expꝛeſſius
ē: attēde tñ qd ꝯterať. Reſpiciens abꝛaam
oculis ſuis vidit: ꝛ ecce aries vnus tenebať
in arboꝛe ſabech coꝛnibꝰ: ꝛ abijt abꝛaā: ꝛ ac
cepit arietē: ꝛ obtulit eum holocauſtum pꝛo
iſaac filio. Et cognominauit abꝛaā nomē lo
ci illius dñs vidit: vt dicant hodie qꝛ in mō/
te dñs viſus eſt: ſicut pauloante qð dixit de/
Ubi.s us p angeluꝫ. Nunc enim cognoui quia ti/
mes deum. nō quia tunc deus cognouiſſe i/
telligendus eſt: ſꝫ egiſſe. vt p deū ipſe abꝛaā
cognoſceret quātas haberet vires coꝛdis ad
obediendū deo vſqꝫ ad immolationem vni/
ci filij. Illo modo locutionis quo ſignificať
p efficientē id qð efficiť. ſicut diciť frigus pi/
grū: qð pigros facit: vt ideo cognouiſſe dice
reť: qꝛ ipſu abꝛaā cognoſcere fecerat: quē po

terat latere fidei ſue firmitas: niſi tali experi/
mento pꝛobaretur. Ita ꝛ hic cognominauit
abꝛā nomē loci illius dñs vidit. id eſt qð vi/
deri ſe fecit. Nam continuo ſecutus ait: vt di
cāt hodie ꝙ in mōte dñs viſus eſt. Ecce ideꝫ
angelus: dñs dicitur. Quare niſi qꝛ p ange
lū dñs. Iam vero in eo qð ſequiť: ꝓphetice
omnino loquiť angelus: ꝛ pꝛoꝛſus aperit qð
per angeluꝫ deus loquať. Et vocauit inquit Ge.22
angelus dñi abꝛaaꝫ iteꝝ de celo dicēs. Per
me iuraui dicit dñs: pꝛo eo qð feciſti hoc ver
bum: ꝛ nō pepercīſti filio tuo dilecto pꝛopter
me ꝛc. Hec certe verba vt dicat ille: per quē
loquiť dñs. hec dicit dñs: etiaꝫ ꝓphete ſolēt
habere. An filius dei de patre ait: dicit dñs:
ꝛ ipſe eſt ille angelus patris. Quid ergo de
illis tribus viris. Nōne reſpiciunt quomo/
do vrgeanť qui viſi ſunt abꝛae. cū pꝛedictuꝫ
eſſꝫ: viſus eſt ei dñs. an qꝛ viri dicti ſunt: nō
erāt angeli. Danielem legāt dicenteꝫ. Ecce Dan.8
vir gabꝛiel. Sed qd vltra differimus oꝛa eo
rū euidentiſſimo atqꝫ grauiſſimo alio docu/
cumento oppilare: vbi non angelus ſingula
riter: nec viri pluraliter: ſed omnino angeli
dicunť: p quos ſermo nō qlibet factus: ſꝫ lex
ipſa data manifeſtiſſime oſtēdiť: qꝫ certe nul
lus fideliū dubitat deū dediſſe moyſi ad ſub/
iugandū populū iſrael: ſed tñ p angelos da/
tā. ita ſtephanus loquiť. Dura ceruice iquit Act.7
ꝛ nō circūciſi coꝛde ꝛ auribus: vos ſemp ſpi
rituiſancto reſtitiſtis: ſicut pr̄es vr̄i: quē pꝛo/
phetarū nō pſecuti ſunt pr̄es vr̄i: ꝛ occiderūt
eos q pꝛenunciabāt de aduentu iuſti: cuius
nūc vos ꝓditoꝛes ꝛ interfectoꝛes fuiſtis: q
accepiſtis legem in edictis angeloꝛuꝫ: nec cu
ſtodiſtis. Quid hoc euidentius: quid tanta
auctoꝛitate robuſtius. In edictis quidē an/
geloꝝ lex illi populo data eſt: ſed dñi ieſu xp̄i
p eā diſpenſabatur: ꝛ pꝛenunciabať aduētꝰ.
Et ipſe tanqꝫ verbum dei miro ꝛ ineffabi/
li modo erat in angelis: in quoꝝ edictis lex
ipſa dabať. Unde dicit in euāgelio. Si cre/ Joh.5
deritis moyſi: crederitis ꝛ michi. de me eniꝫ
ille ſcripſit. Per angelos ergo tunc dñs lo/
quebať: per angelos filiꝰ dei: mediatoꝛ dei 1 Thi.2
ꝛ hominū futurus ex ſemine abꝛae ſuū diſpo
nebat aduentū: vt inueniret a quibus recipe
reť cōfitentes reos: quos lex nō impleta fece
rat tranſgreſſoꝛes. Unde ꝛ aplus ad gala/
thas dicit. Quid ergo lex. Tranſgreſſionis Gal.3

gratia ꝓpoſita eſt: donec veniret ſemē cui ꝑ
miſſum eſt diſpoſita ꝑ angelos in manu me
diatoris h̄ ē diſpoſita ꝑ āgelos in manu ſua.
Non enim natus eſt per conditionem: ſed ꝑ
poteſtatē. Q̄ð autē nō aliquē ex angelis di/
cit mediatorē: ſed ipſum dn̄m ieſum chriſtuꝫ
inquantum homo fieri dignatus eſt: habes
j Thi. 2 alio loco. Unus inquit deus: ⁊ vnus media
tor dei ⁊ hominuꝫ: homo xp̄s ieſus. Hinc
illud paſca in iterfectiōe agni. Hinc illa om
nia que de xp̄o venturo in carne atqꝫ paſſu/
ro: ſed ⁊ reſurrecturo in lege figurant̄: que
data eſt in edictis angeloꝝ: donec veniret ſe
men diſpoſitū per angelos in manu media/
toris. In qbus angelis erat vtiqꝫ ⁊ pater: et
filius ⁊ ſpirituſſanctus. Et aliqn̄ pater: aliqn̄
filius: aliqn̄ ſpirituſſanctus: aliqn̄ ſine vlla di
ſtinctione ꝑſone deus ꝑ illos figurabat̄. Et
ſi viſibilib⁹ ⁊ ſenſibilib⁹ formis apparēs: ꝑ
creaturā tn̄ ſuā nō ꝑ ſubſtātiā ſuā cui viden/
da corda mūdant̄ ꝑ hec omnia q̄ oculis vidē
tur: ⁊ auribus audiunt̄. Sed iam ſatis quan
tū exiſtimo ꝓ captu nr̄o diſputatū ⁊ demon/
ſtratū eſt. qð in hoc libro ſuſceperamus oſtē
dere: cōſtititqꝫ ⁊ ꝓ habilitate rōnis quantuꝫ
hō vel potius quātū ego potui ⁊ firmitate au
ctoritatis quātū de ſcripturis ſanctis diuina
eloquia patuerunt. qð antiqs patribus nr̄is
ante incarnationeꝫ ſaluatoris cū deus appa/
rere dicebat̄: voces ille ac ſpecies corporales
ꝑ angelos facte ſunt: ſiue ipſis loquentibus
vel agentibus aliqd ex perſona dei: ſicut etiā
ꝓphetas ſolere oſtendimus: ſiue aſſumenti
bus ex creatura qð ipſi nō eſſent: vbi deus
figurare demonſtraret̄ hominibus. Q̄ð ge
nus ſignificationuꝫ nec prophetas omiſiſſe
multis exēplis docet ſcriptura. Supereſt igi
tur iam vt videamus cū ⁊ nato ꝑ virginem
dn̄o: ⁊ corporali ſpecie ſicut columba deſcen
Act. 2 dente ſpiritu ſancto: viſiſqꝫ igneis linguis ſo
nitu facto de celo die pentecoſtes poſt aſcen/
ſionem dn̄i: non ipſum dei verbū ꝑ ſubſtan
tiam ſuam qua patri equalis atqꝫ coeternuꝫ ē:
nec ſp̄us p̄ris ⁊ filij ꝑ ſuaꝫ ſubſtantiam qua
⁊ ipſe vtriſqꝫ equalis atqꝫ coeternus eſt: ſꝫ
vtiqꝫ creaturam que illis modis formari et
exiſtere potuit corporeis atqꝫ mortalib⁹ ſen
ſibus apparuerit: quid inter illas demōſtra
tiones: ⁊ has proprietates filij dei ⁊ ſpiritus
ſancti: q̄uis ꝑ creaturā viſibilē factas iterſit
qð ab alio volumine cōmodius ordiemur.

Explicit liber tertius.

Incipiunt capitula libri quarti.

j De gratia dei qua ſibi humanū genus reconciliat: vt qð perierat: ſaluet̄.
ij De incarnatione Verbi: vt ꝑticipes eius
iij De ſimplo ſaluato/ eſſe poſſum⁹. ris nr̄i. q ad duplū nrꝫ ꝯcurrit ⁊ ꝯgruit
iiij De ratione ſimpli ad duplū: ꝑ numerꝫ ternariū atqꝫ ſenarium.
v De quadrageſimo ſexto anno edifica/ tionis dn̄ici corporis.
vi De triduo quo ipleto dn̄s reſurrexit.
vij De ſignis ⁊ p̄figuratiōib⁹: q̄ aductuꝫ
viij De filio dei q i forma /dn̄i p̄ceſſerūt. dei ⁊ in forma ſerui vna ꝑſona eſt xp̄i.
ix De vnitate eccleſie in deo ꝑ geminam dilectionem cui formam prebet vnitas patris: ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti.
x De mediatore ad mortē diabolo ⁊ me diatore ad vitam ieſu xp̄o.
xi De facilitate ludificationū quibus ho/ mines ab imūdis ſpiritibus fallunt̄.
xij De falſis ⁊ deceptorijs purificatōib⁹.
xiij Mortē xp̄i nō fuiſſe neceſſitatis nr̄e: ſed voluntatis ſue ac ptātis.
xiiij De ſacrificio pfecto ⁊ vero: qð ipſe ꝓ nobis ſaluator effectus eſt.
xv De his q ſibi purgationem de virtute ꝓpria pollicentur.
xvi Sapientes mūdi nec reſurrectiōis Vi tatem cognoſcere: nec futuroꝝ ordinē ſcire potuiſſe: q̄uis ⁊ ipſi vaticinia ha bere videantur.
xvij Un̄ apud impios poſſint q̄dā futura
xviij De fide qua credimus tpa/ p̄ſciri. liter geſta ⁊ veritate q̄ reddet eterna.
xix De miſſione filij dei qua in forma ſer ui patre factus eſt minor: cuꝫ in forma dei patri permaneret equalis.
xx Non eſſe contra equalitatē p̄ris: ⁊ fi/ lij: ſi etiā ſm coeternā patri diuinitatē intelligat̄ filius miſſus.
xxi De ſenſibili demonſtratione ſp̄uſſan/ cti: ⁊ de coeterna vnitate trinitatis.

Incipit proemiū in librū quartū.

Scientiā terreſtriū celeſtiūq3 rerū magni eſtimare ſolet genus humanum: in quo ꝑfecto meliores ſunt qui huic ſcientie preponūt noſſe ſemetipſos: laudabilior q3 eſt animus cui nota eſt vel infirmitas ſua: q3 qui ea nō reſpecta: vias ſiderū ſcrutat̃ etiam cogniturus. aut qui iā cognitas tenet ignorans ipſe qua ingrediat̃ ad ſalutē: ac infirmitatē ſuā. Qui vero iā euigilauit i deū ſpūſſancti calore excitatus atq3 in eius amore corā ſe viluit: ad eūq3 intrare volens nec valens: eoq3 ſibi lucente attendit in ſe: Inuenitq3 ſe: ſuāq3 egritudinē illius mūdicie cō temperari nō poſſe cognouit: flere dulce habet eūq3 deprecari: vt etiā atq3 etiā miſereat̃ donec exuat totā miſeriā: ⁊ p̄cari cū fiducia. Jam accepto gratuito pignore ſalutis: per eius vnicū ſaluatorē his ⁊ illuminatorē/ huic
j Cō. 8 ita agentē ⁊ dolentē: ſcientia nō iflat: q2 caritas edificat: prepoſuit eni3 ſciētia3 ſcientie: ꝓpoſuit: ſcire infirmitate3 ſuam magiſq3 ſcire mundi menia: fundamēta terrarū ⁊ faſtigia celorū: ⁊ hanc apponendo ſcientiā: appoſuit dolorē. Dolorē peregrinationis ſue ex deſiderio patrie ſue: ⁊ conditoris eius beati dei ſui. In hoc genere hominu3: in familia xp̄i tui dn̄e deus meus: ſi inter pauperes tuos gemo: da mihi de pane tuo reſpondere ho/
mat. 5. minibus: qui nō eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiam ſ3 ſatiati ſūt ⁊ abūdāt. Saciauit āt illos phātaſma eorū: nō ꝟitas tua: q̄3 repellēdo reſiliūt: ⁊ in ſuā vanitatē cadūt. Ego certe ſentio q̄3 multa figmenta pariat cor humanu3. Et quid eſt cor meum: niſi cor humanum. Sed hoc oro deu3 cordis mei: vt nihil ex eis figmentis pro ſolido vero eructem in has litteras: ſed inde veniat in eas quicquid per me venire potuerit. Unde q̄3uis ꝓiecto a facie oculorū ſuorū: ⁊ de longinquo redire conanti p viā quā ſtrauit humanitati diuinitas vnigeniti ſui aura veritatis eius aſpergit̃. Quā intantum licet mutabilis haurio. inquantu3 in ea nihil mutabile video nec locis ⁊ tēporibus ſicut corpora. nec ſolis tpib⁹ ⁊ quaſi locis: ſicut ſpirituū noſtrorū cogitatiōes nec ſolis tēporibus ⁊ nulla vel imagine locorū: ſicut quedam noſtrarū mentiū ratiocinatōes. Omnino enim dei eſſentia qua ē: nihil mutabile habet nec: in eternitate: nec in veritate: nec in voluntate: q2 eterna ibi eſt veritas: ⁊ eterna caritas: ⁊ vera ibi eſt caritas: verā eternitas: ⁊ cara ibi eſt eternitas: cara veritas.

De gratia dei qua ſibi humanu3 genus recōciliat vt quod perierat ſaluetur.

Capitulum. j.

Sed quonia3 exulauimus ab i cōmutabili gaudio nec tñ inde p̄ciſi atq3 abrupti ſumus: vt ñ etiā in iſtis mutabilibus ⁊ tēporalibus eternitate3: veritatē beatitudinē: queremus. Nec mori enim nec falli: nec pturbari volumus. miſſa ſunt nobis diuinitus viſa cōgrua peregrinationi nr̄e: quibus admoneremur non hic eſſe qđ querimus: ſed illud ad iſta eſſe redeūdū: vñ niſi pēderemus hic ea nō quereremus. At p̄mū nobis pſuadēdū fuit: quantū nos diligeret deus: ne deſpatione nō auderem⁹ erigi in eū. Quales āt dilexerit: oſtēdi opoztebat: ne tanq̄3 de meritis nr̄is ſuperbiētes: magis abeo reſilierem⁹: ⁊ in nr̄a fortitudine magis deficeremus: ac per hoc egit nobiſcū vt p eius fortitudinē potius ꝓficeremus: atq3 ita in infirmitate humilitatis ꝑficeret̃ virtus caritatis. Hoc ſignificabat in pſalmo vbi ait. Pluuiā volūtaria ſegregās pš. 67.
deus hereditati ſue ⁊ infirmata eſt: tu vero ꝑfeciſti eā. Pluuiā qppe voluntariā non niſi gratiā vult intelligi: nō meritis redditā: ſed gratis datā: vñ ⁊ grā noiat̃. Dedit eni3 eam nō q2 digni eramus: ſ3 q2 voluit. hoc cognoſcētes: nō fidentes in nobis erim⁹: ⁊ hoc ē infirmari. Ipſe vero pficit nos: q etiā paulo aplo dixit. Sufficit tibi grā mea. nā virt⁹ 2 Cō. 12
in infirmitate pficit̃. pſuadendū ergo erat homini quantū nos dilexerit deus: ⁊ quales dilexerit. Quantum: deſperaremus: quales ne ſuperbiremus. Hunc locū apl's pnecesſariū: ſic explicat. Cōmendat aūt inquit ſua3 Ro. 5.
caritatē deus i nobis: qñ cu3 adhuc pctōres eſſemus: xp̄s ꝓ nobis mortuus eſt. multo magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius: ſal ibidē. 8
ui erimus ab ira p ipſum. Si eni3 cu3 inimici eſſemus recōciliati ſumus deo p morte3 filij eius: multomagis reconciliati ſalui erim⁹ in vita ipſius. Item alio loco. Quid ergo inquit dicemus ad hec. Si deus pro nobis: quis contra nos. qui proprio filio nō pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Quomõ nõ ⁊ cũ illo nobis omnia donauit.
Qd̃ aũt factũ nobis ẽnũciat̃: hoc futurũ oſtẽ
debat̃ ⁊ antiquis iuſtis: vt p eandẽ fidẽ etiã
ipſi hũiliati infirmarent: ⁊ ĩfirmati pficerẽ
Joh.j. tur. Quia igit̃ vnũ verbũ dei eſt: p qd̃ facta
ſunt oĩa: qd̃ eſt incõmutabilis veritas: vbi
principaliter atq̃ incõmutabiliter ſunt oĩa
ſimul: nõ ſolũ que nunc ſunt in hac vniũerſa
creatura: verũetiã que fuerunt: ⁊ que futura
ſunt. ibi aũt nec fuerũt: nec futura ſunt: ſed tã
tũmodo ſunt. ⁊ oĩa vita ſũt: ⁊ omnia vnũ ſũt:
⁊ magis vnũ eſt: ⁊ vna vita eſt. Sic eniʒ oĩa
p ipm̃ facta ſunt: vt qcqd factuʒ eſt in his: in
illo vita ſit: ⁊ facta nõ ſit: q2 in principio non
Jbideʒ factũ eſt verbũ: ſed erat verbũ apud deũ: ⁊ d
us erat verbũ: ⁊ oĩa p ipſuʒ facta ſunt. Nec
p ipm̃ omnia facta eſſent: niſi ipm̃ eſſet ante
omnia: factũq̃ nõ eſſet. in his aũt que p ipm̃
facta ſunt etiam corpus qd̃ vita nõ eſt p ipm̃
nõ fieret: niſi in illo anteq̃ fieret vita eẽt: qd̃
enim factũ eſt: iam in illo vita erat: ⁊ nõ qualiſ
cũq̃ vita. Nam ⁊ anima vita eſt corporis:
ſed ⁊ hec facta eſt: q2 mutabilis eſt: ⁊ per qd
Jbideʒ facta eſt: niſi p dei verbũ icõmutabile. Om
nia enim per ipm̃ facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factũ
eſt nihil: qd̃ ergo factũ eſt: iaʒ in illo vita erat
⁊ nõ qualiſcũq̃ vita: ſed vita erat lux homi
nũ. lux vtiq̃ rationaliũ mentiũ: per quas ho
mines a pecoribus differunt: ⁊ ideo ſũt ho
mines. nõ ergo lux corporea: que lux eſt car
niũ: ſiue de celo fulgeat: ſiue terrenis ignibꝰ
accendat̃: nec humanaꝝ tantũ carniũ: ſʒ etiã
beluinaꝝ ⁊ vſq̃ ad minutiſſimos quoſq̃ ver
miculos. Omnia enim hec vident iſtam lu
cem. at illa vita lux hominuʒ erat. nec longe
Act.17 poſita ab vnoquoq̃ noſtrũ. Jn illa enim vi
uimus ⁊ mouemur ⁊ ſumus. Sed lux in te
nebris lucet: ⁊ tenebre eã nõ cõprehẽderũt.

De incarnatione verbi ⁊ participes eiꝰ eſſe poſſimꝰ. Capi. ij.

Tenebre aũt ſũt ſtulte mentes hominũ
praua cupiditate atq̃ infidelitate ceca
te. Has vt curaret atq̃ ſanaret verbũ
per qd̃ facta ſũt omnia: caro factũ eſt: ⁊ habi
tauit in nobis. Jlluminatio qppe noſtra par
ticipatio verbi dei eſt: illiꝰ ſcilicet vite q̃ lux ẽ
hominũ. Huic aũt participationi prorſus i
habiles ⁊ minus idonei eramꝰ: pp̃ter imũ
diciã pctõꝝ. Mũdandi ergo eramꝰ. Por
ro iniquoꝝ ⁊ ſuperboꝝ vna mũdatio eſt ſan
guis iuſti: ⁊ humilitas dei: vt ad cõtemplã
dũ deũ qd̃ natura nõ ſumus: p eũ mundare
mur: factũ qd̃ natura ſumus: ⁊ qd̃ pctõ non
ſumꝰ. Deꝰ eniʒ natura nõ ſumꝰ: hoĩes natu
ra ſumꝰ: iuſti pctõ nõ ſumꝰ. Deus itaq̃ fa
ctꝰ hõ iuſtꝰ: itercesſit deo p hoĩe peccatore.
Nõ enim ↄgruit peccator iuſto: ſed ↄgruit
homini hõ. Adiũgens ergo nobis ſimilitu
dinẽ humanitatis ſue: abſtulit diſſimilitudi
neʒ iniquitatis noſtre. Et factus particeps
mortalitatis noſtre: fecit nos participes diui
nitatis ſue. Merito quippe mors peccato
ris veniens ex damnationis neceſſitate: ſo
luta eſt per mortem iuſti venientem ex miſe
ricordie volũtate: dum ſimplũ eius cõgruit
duplo noſtro. Hec eniʒ ↄgruentia: ſiue cõ
uenientia: vel ↄcinnãtia: vel ↄſonãtia: vel ſi cõ
modius dicit̃: qd̃ eſt vnũ ad duo: in oĩ cõpa
ginatione: vel ſi meliꝰ dicit̃ coaptatione crea
ture: valet plurimũ. Hanc enim coaptatio
nẽ: ſic mihi nũc occurrit: dicere volui: quaʒ
greci harmoniam vocant. Neq̃ nũc locus
eſt: vt oſtendã quãtũ valeat cõſonantia ſim
pli ad duplum: que maxima in nobis repe
rit̃: vt ſit nobis iſita naturaliter: a quo vtiq̃
niſi ab eo q nos creauit: vt nec imperiti poſ
ſint eam non ſentire. ſiue ipſi cantantes: ſi
ue alios audientes. p hanc qppe voces acu
tiores grauioreſq̃ concordant: ita vt qſquis
ab ea diſſonuerit: nõ ſcientiam: cuius exper
tes ſunt plurimi: ſed ipm̃ ſenſum auditꝰ no
ſtri vehementer offendat. Sed hoc vt demõ
ſtret̃: longo ſermone opus eſt: ipſis auteʒ au
ribus exhiberi poteſt ab eo q nouit in regula
ri monochordo.

De ſimplo ſaluatoris noſtri quod ad duplũ noſtrũ cõcurrit ⁊ cõgruit. Capi. iij.

Verũ qd̃ inſtat impreſentiarũ quantũ
donat deus: ediſſerendũ eſt: quẽad
modũ ſimplũ dñi ⁊ ſaluatoris noſtri
ieſu xp̃i: duplo nr̃o ↄgruat ⁊ quodãmodo cõ
cinat ad ſalutẽ. Nos certe: qd̃ nemo xp̃ianꝰ
ambigit: ⁊ anima ⁊ corpore mortui ſumus.
anima pp̃ter pctũ: corpe pp̃ter penã pecca
ti: ac per hoc ⁊ corpore pp̃ter pctũ. Vtriq̃
aũt rei noſtre. id eſt ⁊ anime ⁊ corpori medi
cina ⁊ reſurrectione opus erat: vt in melius
renouaret̃ qd̃ erat in deterius commutatuʒ.
Mors autem anime impietas eſt: ⁊ mors

corporis corruptibilitas: ꝑ quã fit τ anime a
corpe abſceſſus. Sicut eniꝫ aĩa mea deo deſe
rente: ſic corpus anima deſerẽte: moriť. vñ
illa fit inſipiens: hoc exanime. Reſuſcitatur
eniꝫ aĩa ꝑ penitẽtiã: τ in corpore adhuc mor
tali renouatio vite inchoať a fide: qua crediť
in eũ qui iuſtificat impiũ: boniſqꝫ moribus
augeť τ roboratur de die in diem: cũ magis
magiſqꝫ renouať interior homo. Corp⁹ xp̃o
tanq̃ hõ exterior: quãto eſt hec vita diutur/
nior: tãto magis magiſqꝫ corrumpiť. vl' eta/
te vel morbo. vel varijs afflictionib⁹: donec
veniat ad vltimã que ab hominibus mors
vocať. Eius aũt reſurrectio differť in fineꝫ:
cũ τ ipſa iuſtificatio nr̃a perficieť ineffabiliť.
j Joh.3 Tũc eniꝫ ſimiles ei erim⁹: qñ videbim⁹ euꝫ
Sap.19 ſicuti eſt. Nunc vero q̃diu corpus qđ corrũ
Job.7 piť aggrauat animã: τ vita humana ſup ter
ps.142 rã tota temptatio eſt. nõ iuſtificabiť in cõſpe/
ctu eius oĩs viuẽs: in cooperatione iuſtitie q̃
equabimur angelis: τ glorie que reuelabiť
in nobis. De morte autẽ aĩe a morte corpis
diſtinguẽda: qđ plura documenta cõmemo
rẽ: cũ dñs in vna ſentẽtia euangelica vtrãqꝫ
mortẽ cuius facile diſcernẽdã poſuerit. vbi
mat.8. ait. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.
Sepeliendũ quippe corpus mortuoꝝ erat:
ſepultores aũt eius ꝑ infidelitatis impietateꝫ
in aĩa mortuos intelligi voluit. quales excitã
Eph.5 tur cũ dicitur. Surge qui dormis τ exurge a
mortuis: τ illuminabit te xp̃s. Deteſtať autẽ
quãdaꝫ morteꝫ apl's dicens de vidua. Que
j Thi.5 aũt in delitijs agit: viuens mortua eſt. Ani
ma igiť iam pia que fuit impia: ꝓpter iuſtitiã
fidei dř ex morte reuixiſſe atqꝫ viuere. Cor
pus aũt nõ tm̃ moriturũ ꝓpter aĩe abſceſſuꝫ
qui futurus eſt: ſed ꝓpter infirmitateꝫ tantũ
carnis τ ſanguinis: quodam loco in ſcriptu
Ro.8. ris etiaꝫ mortuũ diciť: loquente aplo. Cor/
pus quidẽ inquit mortuũ eſt ꝓpter peccatũ:
ſpiritus aũt vita eſt ꝓpter iuſtitiam. hec vita
Abac.2 ex fide facta eſt: qm̃ iuſtus ex fide viuit. Sed
Ro.8. quid ſequiť. Si aũt ſpũs eius q ſuſcitauit ie/
ſum a mortuis habitat in vobis: qui ſuſcita/
uit xp̃m ieſum a mortuis: viuificabit τ mor/
talia corpora veſtra: ꝑ inhabitantẽ ſpiritum
eius in vobis. Huic ergo duple morti no/
ſtre: ſaluator impendit ſimplam ſuam: τ ad
faciendam vtrãqꝫ reſuſcitationẽ noſtraꝫ: in
ſacramẽto τ exemplo prepoſuit τ propoſuit

vnam ſuam. Neqꝫ eniꝫ fuit peccator aut im
pius vt ei tanq̃ ſpiritu mortuo in interiore
hoĩe renouari opus eſſet: τ tanq̃ reſipiſcen
do ad vitã iuſtitie reuocari: ſed indutus car/
ne mortali: τ ſola moriens: ſola reſurgens:
ea ſola nobis ad vtrũqꝫ cõcinuit: cũ in ea fie/
ret interioris hoĩs ſacramẽtũ: exterioris exẽ
plũ. Interioris eniꝫ hoĩs nr̃i ſacramẽto da/
ta eſt illa vox: ꝑtinens ad mortẽ aĩe noſtre ſi
gnificandam: nõ ſolũ in pſalmo: veꝝ etiam
in cruce. Deus meus deus meus vt qđ me Ps.21
dereliquiſti. Cui voci cõgruit apl's dicẽs.
Sciẽtes q: vetus hõ nr̃ ſimul crucifixus eſt Ro.6.
cũ illo vt euacueť corpus peccati: vt vltra nõ
ſeruiamus pctõ. Crucifixio quippe interioris
hoĩs penitentie dolores intelliguntť: τ conti
nentie quidã ſalubris cruciatus: ꝑ quã mor/
tẽ mors impietatis perimiť: in qua nos non
dereliquit deus. Et ideo ꝑ talẽ crucẽ euacua Ibideꝫ
tur corpus peccati: vt iã nõ exhibeamus mẽ
bra nr̃a arma iniquitatis pctõ: q: τ interior
hõ ſi vtiqꝫ renouať de die in diẽ: ꝑfecto vet⁹
eſt anteq̃ renoueť. Intus nãqꝫ igiť: qđ idẽ
apl's dicit. Exuite vos veterẽ hominẽ: τ i/ Eph.4
duite nouũ. Qđ ita conſequenter exponit.
Quapropter deponẽtes mẽdaciũ: loquimini Ibideꝫ
veritatẽ. Vbi aũt deponiť mendaciũ: niſi i/
tus vt inhabitet in mõte ſancto dei: qui loqui
tur veritatẽ: in corde ſuo. Reſurrectio vero ps.14.
corporis dñi: ad ſacramentũ interioris reſur
rectiõis nr̃e ꝑtinere oſtẽdiť. vbi poſtq̃ reſur
rexit ait mulieri. Noli me tangere: nonduꝫ
eniꝫ aſcendi ad patrẽ meũ. Cui myſterio cõ Jo.20
gruit apl's dicẽs. Si aũt reſurrexiſtis cũ xp̃o
que ſurſum ſunt: querite: vbi xp̃us ẽ ad dex Colo.3
teraꝫ dei ſedens. Que ſurſum ſunt ſapite. h
eſt eniꝫ xp̃m nõ tangere: niſi cum aſcenderit
ad patreꝫ nõ de xp̃o ſapere carnaliter. Jam
vero ad exemplum mortis exterioris hoĩs
noſtri dñice carnis mors ꝑtinet q: ꝑ talẽ paſ
ſioneꝫ maxime hortatus eſt ſeruos ſuos: vt
nõ timeant eos qui corpus occidũt: animam mat.10.
aũt non poſſunt occidere. Propter qđ dicit
apl's: vt ſuppleaꝫ que deſunt preſſuraꝝ xp̃i Colo.1
in carne mea. Et ad exemplũ reſurrectionis
exterioris hoĩs noſtri pertinere inueniť re/
ſurrectio corporis dñi qui ad diſcipulos ait.
Palpate τ videte: q: ſpũs carnẽ τ oſſa non luc.24
habet: ſicut me videtis habere. Et vnus ex
diſcipulis cicatrices eius ꝯtrectãs: exclama

uit dicēs. Dn̄s meus ⁊ deus me⁹. Et cū il/
lius carnis tota itegritas apperet demōſtra
tū eſt in ea ꝙ ſuos exhortans dixerat. Capil
Luc. 21 lus capitis veſtri nō peribit. Vn̄ enim ꝑmo
Jo. 20 noli me tāgere: nōdū enī ascendi ad patreꝫ
meū. ⁊ vn̄ anteqꝫ aſcēdat ad patrē a diſcipu/
lis tangit̄: niſi qꝛ illic inſinuabat̄ interioris
hōis ſacramentū: hic ꝑbebat̄ exterioris exē/
plum. An forte quiſqꝫ ita eſt abſurdus atqꝫ
auerſus a vero: vt audeat dicere a viris cuꝫ
tactū anteqꝫ aſcenderet: a mulieribus aūt cū
aſcendiſſet. Propter hoc exēplū future nr̄e
reſurrectionis in corpore qđ ꝓceſſit in dn̄o:
j Co. 15 dicit apl's. Initiū xp̄s: deinde qui ſunt xp̄i.
De corporis enim reſurrectione illo loco
agebatur: propter quā etiā dicit. Transfigu
Phi. 5 rauit corpus humilitatis noſtre: ꝯforme cor
pori ſue glorie. Vna ergo mors noſtri ſalua
toris: duabus mortibus nr̄is: ſaluti fuit. Et
vna ei⁹ reſurrectio: duas nobis reſurrectio
nes ꝓſtitit: cū corpus eius in vtraqꝫ re. id ē
⁊ in morte ⁊ in reſurrectiōe ⁊ ſacramento in
terioris hōis nr̄i: ⁊ exēplo exterioris medici
nali quadā ꝯuenientia miniſtratū eſt.

De rōne ſimpli ad dupluꝫ p ternariū nume
rum atqꝫ ſenariuꝫ. Ca. iiij.

Hec aūt ratio ſimpli ad duplū orit̄ qdē
a ternario numero. Vnum qppe ad
duo: tria ſunt. Sed hoc totū qđ dixi:
ad ſenariū ꝑuenit. Vnū enim ⁊ duo ⁊ tria:
ſex fiūt. Qui numerus ꝓpterea ꝑfectus dici
tur: qꝛ ꝑtibus ſuis cōplet̄. Habet enim illas
tres: ſextā: tertiā: dimidiā. Nec vlla ꝑs alia
q̄ dici poſſit quota ſit: inuenit̄ in eo. Sexta
ergo eius vnuꝫ eſt: tertia duo: dimidia tria.
Vnū āt ⁊ duo ⁊ tria ꝯſummāt eūdē ſenariū
Gen. j Cuius ꝑfectionē nobis ſancta ſcriptura cō/
mēdat in eo maxime: ꝙ deus ſex diebus ꝑfe
cit opera ſua: ⁊ ſexto die factus eſt hō ad ima
ginē dei. ⁊ ſexta etate generis humani: fili⁹
dei venit: ⁊ factus eſt filius hominis: vt nos
reformaret ad imagineꝫ dei. Ea qppe nunc
etas agit̄: ſiue millení āni ſingulis diſtribuā
tur etatibus: ſiue in diuinis litteris memora
biles atqꝫ inſignes quaſi articulos tēpoꝝ ve
ſtigemus: vt prima etas inueniatur ab adaꝫ
vſqꝫ ad noe. inde ſecūda vſqꝫ ad abram. Et
Mat. j deinceps ſicut matheus euangeliſta diſtin/
xit: ab abraā vſqꝫ ad dauid: a dauid vſqꝫ ad
tranſmigrationē in babyloniā. atqꝫ ide vſqꝫ
ad virginis partū. Que tres etates ꝯiuncte
illis duabus: quinqꝫ faciunt. Proinde ſex/
tā inchoauit natiuitas dn̄i: que nūc agit̄ vſqꝫ
ad occultū tp̄is finē. Hūc ſenariū numerū
quādā tp̄is gerere figurā: ēt in illa rōne trip
tite diſtributionis agnoſcimus: qua vnū tē/
pus cōputamus ante legeꝫ: alterū ſub lege:
tertiū ſub gratia. In quo tp̄e ſacramentū re
nouationis accepimus: vt in fine tp̄is etiam
reſurrectiōe carnis: omni ex parte renouati:
ab vniuerſa: nō ſolū anime: vere etiā infir/
mitate corporis ſanemur. Vnde intelligit̄ il
la mulier in typo eccleſie a dn̄o ſanata ⁊ ere/ Luc. 13
cta: quā curuauerat infirmitas alligāte ſatha
na. De talibus enī occultis hoſtibus plan/
git illa vox pſalmi. Curauerūt animā meā.
Hec aūt mulier decem ⁊ octoānos habebat
in infirmitate: qđ eſt ter ſeni. Mēſes autem
annoꝝ decē ⁊ octo inueniunt̄ in numero ſo/
lidi quadrati ſenarij: quod eſt ſexies ſeni: ⁊
hoc ſexies. Iuxta quippe eſt in eodē euange
lij loco: arbor quoqꝫ illa ficulnea: cuius mi/
ſerā ſterilitatē etiā tertius annus arguebat.
Sed ita ꝓ illa interceſſum eſt: vt dimitteret̄
illo anno: vt ſi fructū ferret: bene. ſin autē: ex
cideret̄. Nam ⁊ tres anni ad candeꝫ tripar/
titā diſtributionem pertinent: ⁊ menſes triū
annorum quadratū ſenariū faciunt: qđ ē ſe/
xies ſeni. Annus etiā vnus ſi duodeciꝫ mē
ſes integri ꝯſiderent̄: quos triceni dies cō/
plent: talem qppe mēſem veteres obſeruaue
runt: quem circuitus lunaris oſtendit: ſena
rio numero pollet. Quot enī valent ſex in
primo ordine numeroꝝ: q conſtat ex vnis
vt ꝑueniat̄ ad decem: hoc valent ſexaginta
in ſecūdo ordine: q cōſtat: ex denis: vt ꝑue/
niat̄ ad centuꝫ. Sexagenarius ergo nume
rus dierum: ſexta pars anni ē. Proinde p
ſenarium primi v̄ſus multiplicant̄: tanquā
ſenarius ſecundi v̄ſus: ⁊ fiunt ſexies ſexa/
ginta trecenteni ⁊ ſexaginta dies: q ſunt inte
gri. xij. menſes. Sed quoniā ſicut menſem
circuitus lune oſtēdit hominibus ſic annus
circuitu ſolis animaduerſus ē. Reſtāt auteꝫ
quinqꝫ dies ⁊ quadrās diei: vt ſol impleat
curſum ſuū annūqꝫ cōcludat. Quattuor enī
quadrantes faciunt vnū dieꝫ: quē neceſſe ē
interſcalari excurſo quadriēnio qđ biſextuꝫ
vocāt ne temporꝫ ordo turbet̄. Etiam ipſos
dies quinqꝫ ⁊ quadrantē ſi ꝯſideremus: ſe/

narius numerus in eis plurimū valet. Primū: q2 ſicut fieri ſolet vt a pte totuz cōputet: nō ſunt iam dies quinq3: ſed poti9 ſex: vt q̄drans ille accipiat pro die. Deide q2 in ipis quinq3 dieb9 ſexta pars menſis eſt. ipſe aūt quadrans ſex horas habet. totus eniz dies. id eſt cū ſua nocte vigintiquattuor hore ſunt quarū pars quarta. q eſt quadrans diei ſex hore inueniunt: ita in anni curſu ſenarius numerus plurimū valet.

De quadrageſimo ſexto anno dominici corporis. Ca. v.

Joh. 2. Nec inmerito in edificatione corporis dn̄ici: in cuius figura tēpluz a iudeis deſtructū triduo ſe reſuſcitaturū eē dicebat: numer9 ipſe ſenarius pro anno poſitus intelligit. Dixerūt enim quadraginta et ſex annis edificatū eſt templū: et quadrageſies ſexies ſeni: fiunt ducenti ſeptuaginta ſex. Qui numer9 dierū complet nouem mēſes et ſex dies: q tanq3 decem mēſes parientib9 feminis imputant: nō q2 omnes ad ſextum diem poſt nonū menſem perueniūt: ſed q2 ipſa pfectio corporis dn̄i: tot diebus ad partū perducta cōperit. ſicut a maiorib9 traditū ſuſcipiēs eccleſie cuſtodit auctoritas. Octauo enim. Kal. aprilis cōcept9 credit: quo et Luc. 23 paſſus. Ita monumēto nouo quo ſepultus eſt: vbi nullus erat mortuorū poſit9 nec ante nec poſtea: cōgruit vterus virginis quo cōcept9 eſt: vbi null9 ſeminat9 ē mortaliū. Natus aūt tradit octauo Kal. ianuarias. Ab illo ergo die vſq3 ad iſtū cōputati: ducenti ſeptuaginta et ſex reperiuntur dies: q ſenariū numerū quadragies ſexies habēt. Quo numero annorū templa edificatū eſt: q2 eo numero ſenariorū corpus dn̄i pfectū ē: qd' mortis paſſione deſtructū: triduo reſuſcitauit. Joh. 2 Dicebat enim hoc de templo corporis ſui: ſicut euidētiſſimo et robuſtiſſimo euāgelio teſtimonio declarat. quo ait. Sicut fuit ionas mat. 12 in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ſic erit et filius hois in corde terre trib9 dieb9 et trib9 noctib9.

De triduo quo impleto domin9 reſurrexit. Capi. vi.

Ipſum aūt triduū: nō totū et plenū fuiſſe ſcriptura teſtis eſt: ſed prim9 dies a parte extrema tot9 ānumeratus eſt. Dies vero terti9 a pte prima et ipſe tot9. Medius aūt inter eos. id eſt ſecūdus dies abſolute totus vigintiquattuor horis ſuis: duodecim nocturnis: et duodecim diurnis. Crucifixus eſt eniz primo iudeo vocib9 hora tertia: cū eſſet dies ſexta ſabbati. Deinde in ipa cruce ſuſpenſus hora ſexta. et ſpiritū tradidit hora nona. Sepultus eſt aūt cū iā ſero factū mar. 15 eſſet. ſic ſeſe habent verba euāgelij: qd' intelligit in fine diei. Vn̄ libet ergo incipias etiā ſi alia ratio reddi poteſt: quomodo nō ſit contra euangeliū iohānis: vt hora tertia ligno Joh. 19 ſuſpēſus intelligat: totū diē pmū nō cōprehēdis. Ergo a parte extrema totus cōmutabit ſicut tertius a pte prima. Nox enim vſq3 ad diluculū: quo dn̄i reſurrectio declarata ē: ad 2 Cō. 4 tertium diem pertinet: q2 deus q dixit de tenebris lucez clareſcere vt p gratiā noui teſtamenti et participationē reſurrectiōis xp̄i au Eph. 5 direm9. Fuiſtis eniz aliquādo tenebre: nūc aūt lux in dn̄o. inſinuat nobis quodāmodo q a nocte dies ſumat initiū. Sicut eniz pmi dies pptr futurū hois lapſuz a luce in noctē. ita iſti pptr hois reparationē a tenebris ad lucē cōputant. Ab hora ḡ mortis vſq3 ad diluculum reſurrectionis: hore ſunt quadraginta. vt et ipſa hora nona cōnumeret. Cui numero cōgruit etiā vita eius ſup terrā: p9 reſurrectionē in. lx. diebus. Et eſt iſte numerus frequētiſſimus in ſcripturis: ad inſinuādū myſteriū pfectionis in quadripartito mō. Habēt eniz quādā pfectionē decē. et ea quater mltiplicata faciūt quadraginta. A veſpere aūt ſepulture vſq3 ad diluculū reſurrectionis. xxxvi. hore ſunt: q eſt quadratus ſenarius. Refert aūt ad illā rationē ſimpli ad duplū: vbi eſt coaptatiōis maxima ꝯſonātia Duodecim eniz ad. xxiiij. ſimplo ad dupluz ꝯueniūt: et fiunt. xxxvi. nox tota cū die toto et nocte tota. neq3 hoc ſine illo ſacramento qd' ſupra memoraui. Nō abſurde qppe ſpiritū diei compam9: corpus aūt nocti. Dn̄icū eni corpus in morte ac reſurrectiōe et ſpūs mi figurā: et corporis gerebat exemplū. Etiam ſic ergo apparet illa ratio ſimpli ad duplum i horis. xxxvi. cū. xij. ꝯferunt. ad. xxiiij. Et hoꝝ quidē numeroꝝ cauſas: cur in ſcripturis poſite ſint: pōt alius alias indagare: vel qbus iſte quas ego reddidi pponende ſint: vel eque pbabiles: vel iſtis etiam pbabiliores. Fruſtra tn̄ eos eſſe i ſcripturis poſitos:

τ nullas cauſas eſſe myſticas: cur illic iſti nu
meri cōmemorent̃: nemo tā ſtult⁹ ineptuſq̨
ꝯtenderit. Ego aūt q̄s reddidi vl' ex eccleſie
auctoritate a maioribus traditas: vel ex diui
naꝝ teſtimonio ſcripturaruꝫ: vel ex ratione
numeroꝝ ſimilitudinūq̨ꝫ collegi. Cōtra ra/
tioneꝫ nemo ſobrius: ꝯtra ſcripturas nemo
xp̄ianus: ꝯ eccleſiā nemo pacificus ſenſerit.

De ſignis τ p̄figurationibus que aduētum dn̄i p̄ceſſerunt. Ca. vij.

Gal. 4 Hoc ſacramentū: hoc ſacrificiū: hic ſa/
cerdos: hic deus: anteq̨ꝫ miſſus veni
ret factus ex femina: oīa q̄ ſacrate atq̨ꝫ
myſtice patribus nr̄is p euangelica miracu/
la apparuerunt: ſiue q̄ p ipſos facta ſunt: ſili
tudines huius fuerūt: vt oīs creatura factis
quodāmodo loqueret̃ vnū futurū in quo eēt
ſalus vniuerſoꝝ a morte reparandoꝝ. Qz
enim ab vno vero deo τ ſūmo p impietatis
iniquitatē reſilientes τ diſſonātes defluxera
mus: τ euanueramus in multa diſciſſi per
multa τ inherētes in multis: oportebat nu/
tu τ impio dei miſerantis: vt ipſa multa ven
turū ꝯclamarēt vnū: τ a multis ꝯclamatus
veniret vn⁹: τ multa ꝯteſtarēt veniſſe vnū:
τ a multis exonerati veniremus ad vnuꝫ: τ
multis peccatis in aīa mortui: τ ꝓpter pecca
tū in carne morituri: amaremus ſine peccato
mortuū in carne pro nobis vnū: τ in reſuſci
tatū credentes: τ cum illo per fidē ſpiritu re/
ſurgentes: iuſtificaremur in vno iuſto facti
vnū: nec in ipſa carne nos reſurrecturos de
ſperaremus: cum multa mēbra intueremur
p̄ceſſiſſe caput vnū: in quo nunc p fidē mun
dati: τ tūc p ſpeciē redintegrati: τ p mediato
rē deo reconciliati hereamus vni: fruamur
vno: ꝑmaneamus vnum.

De filio dei qui τ in forma dei τ in forma ſer ui vna perſona eſt chriſti.

Capitulum. viij.

Hic ipſe filius dei: verbum dei: τ idē/
ipſe mediator dei τ hominum filius
hominis: equalis patri p diuinitatis
vnitateꝫ: τ particeps noſter p humanitatis
ſuſceptionem: patrem interpellans pro no/
bis: p id qđ homo erat: nec tamē tacēs quod
Jo. 17 deus cū patre vnū erat. intercetera ita loqt̃.
Nō pro his aūt rogo inquit tantū: ſed τ pro
eis q credituri ſunt p vbū eoꝝ in me: vt om
nes vnū ſint: ſicut tu pater in me: τ ego i te:
vt τ ipſi in nobis vnū ſint: vt mundus cre/
dat: q̱ tu me miſiſti. Et ego claritatem: quaꝫ
dediſti mihi: dedi eis: vt ſint vnum: ſicut τ
nos vnum ſumus.

De vnitate eccleſie in deo per geminam dilectionem: cui formam prebet vnitas patris τ filij τ ſpiritusſancti. Ca. ix.

Non dixit: ego τ ipſi vnū: q̨uis per id
qđ eccleſie caput eſt: τ corpus eius ec
cleſia: poſſet dicere: ego τ ipſi nō vnū
ſed vnus: q̱ caput τ corpus vnus eſt xp̄s:
ſed diuinitateꝫ ſuā cōſubſtantialeꝫ patri: oſtē
dēs: hoc ait. ꝓpter qđ τ alio loco dicit. Ego Jo. 10
τ pater vnū ſumus: in ſuo genere. hoc eſt in
eiuſdē nature cōſubſtantiali parilitate: vult
eſſe ſuos vnū. Sed in ipſo q̱ in ſeipſis non
poſſent: diſſociati ab inuicem p diuerſas vo
luptates τ cupiditates: τ imundiciā peccato
rū: vnde mundant̃ per mediatorē: vt ſint in
illo vnum. Nō tantū p eandē naturā qua ho
mines ex hominibus mortalib⁹ equales an
gelis fiunt: ſed etiā p eandē caritateꝫ in eādē
beatitudineꝫ ꝯſpirātes ꝯcordiſſima volunta
te in vnū ſpiritū: quodāmodo igne caritatis
ꝯflatam. Ad hoc enim valet qđ ait. Vt ſint Jo. 17
vnū: ſicut τ nos vnū ſumus: vt quemadmo
dū pater τ filius. nō tantū equalitate ſubſtan
tie: ſed etiā voluntate vnū ſunt. Ita τ hi: iter
quos τ deū: mediator eſt filius nō tantū p id
qđ eiuſdē nature ſunt: ſed etiā p eandē dile/
ctionis ſocietatē: vnū ſint. Deinde idipm̄ q̄
mediator eſt: p queꝫ recōciliamur deo: ſic in Ibideꝫ
dicat. Ego inquit in eis: τ tu in me: vt ſint
conſummati in vnum.

De mediatore ad mortem diabolo: τ mediatore ad vitam ieſu chriſto.

Capitulum. x.

Hec eſt vera pax: τ cū creatore noſtro
nobis firma cōexio: purgatis τ recō
ciliatis per mediatorem vite: ſicut ma
culati τ alienati ab eo receſſeramus p media
torē mortis. Sicut enim diabolus ſuperb⁹
homineꝫ ſupbiētē ꝑduxit ad mortē. Ita xp̄s
humilis hoīem obedientē reduxit ad vitam.
Quia ſicut ille elatus cecidit τ deiecit ꝯſen/
tientē: ſic iſte humiliat⁹ ſurrexit τ erexit cre
dentē. Quia enim nō ꝑuenerat diabol⁹ quo
ipſe ꝑduxerat: morteꝫ quippe ſpiritus in im
pietate geſtabat: ſed mortē carnis nō ſubie/
rat: q̱ nec indumentuꝫ ſuſceperat: magnus

hoῖni videbaꝶ princeps in legionibus de
monū: p quas fallaciaꝝ regnū exercet: ſic ho
minē p elatiōis typū: potētie ꝗꝫ iuſtitie cupi
diorē: aut per falſam philoſophiā magna in
flans: aut p ſacra ſacrilega irretiēs: in qbus
etiā magice fallacie curioſiores ſupbioreſqꝫ
animas deceptas: illuſaſqꝫ ꝑcipitant: ſubdi
tum tenens. pollicēs etiam purgationē ani
me: per eas quas theletas appellant: transfi
2 Cō. ij gurando ſe in angelum lucis per multifor
mem machinationem: in ſignis ⁊ prodigijs
mendacij.

De facilitate ludificationum quibus homi
nes ab inmundis ſpiritibus falluntur.

Capitulum. xi.

f Acile eſt enim ſpiritib⁹ nequiſſimis:
p aerea corpa facere multa: q̄ mirenꝶ
aīe terrenis corporib⁹ aggrauate: etiā melio
ris affectus. Si eniꝫ corpora ipa terrena nō
nullis artibus ⁊ exercitationib⁹ modificata:
in ſpectaculis theatricis tāta miracula hoīb⁹
exhibēt: vt hi q nunqꝫ viderūt talia narrata:
vix credant. Quid magnū ē diabolo ⁊ ange
lis eius: de corporeis elemētis: p aerea cor
pora facere: q̄ caro mireꝶ. Aut etiā occultis
inſpiratoīb⁹: ad illudēdos hūanos ſenſus:
phātaſmata imaginū machinari: qbus vigi
lātes dormiēteſue decipiat: vl' furētes exagi
tet. Sꝫ ſicut fieri pōt: vt hō vita ac moribus
melior: ſpectet neqſſimos hoīes: vel in fune
ābulātes vel multimodis motib⁹ corporꝫ
multa incredibilia facientes: nec vllo mō face
re talia ꝯcupiſcat: nec eos ꝑpterea ſibi ꝑpo
nendos exiſtimet. Sic aīa fidelis ⁊ pia: non
ſolū ſi videat: veꝝ etiā ſi ꝑpter fragilitatē car
nis: exhorreat miracula demonū. nō ideo tñ
aut nō ſe poſſe talia dolebit: aut ob hoc illos
meliores eſſe iudicabit: cū ſint ꝑſortiꝫ i ſocie
tate ſanctoꝝ: q p ꝟtutē dei: cui cūcta ſubiecta
ſunt: ⁊ minime fallacia: ⁊ multo maiora fece
runt: ſiue homines: ſiue angeli boni.

De falſis ⁊ deceptorijs purificationibus.

Capitulum. xij.

n Equaqꝫ igiꝶ p ſacrilegas ſimilitudines
⁊ impias curioſitates ⁊ magicas ꝯſe
crationes anime purganꝶ ⁊ reconci
lianꝶ deo: qr falſus mediator non traijcit ad
ſuperiora: ſed potius obſidens intercludit
viaꝫ p affectus: quos tāto maligniores: quā
to ſupbiores ſue ſocietatis inſpirat. Qui nō
poſſunt ad euolandū pēnas nutrire virtutū:
ſed potius ad demergēdū pōdera exaggera
re vitioꝝ: tanto grauius anima ruitura: quā
to ſibi videꝶ euecta ſublimius. Proinde ſi
cut magi fecerūt diuinitus moniti: quos ad Mat. 2
humilitatem dñi adorandā: ſtella perduxit.
Ita ⁊ nos: nō qua venimus: ſꝫ p aliā viā in
patriā redire debemus. quā rex humilis do
cuit: ⁊ quā rex ſuperbus humili regi aduer
ſarius obſidere nō poſſit. Et nobis enim vt
adoremus humilē xp̄m: celi enarrauerunt Pſ. 18
gloriā dei: cum in omnē terrā exijt ſonus eo
rū: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Via
nobis fuit ad mortē p peccatū in adā. Per
vnū qppe hoīem peccatū intrauit in hūc mū Ro. 5.
dū: ⁊ p pctm̄ mors: ⁊ ita in oēs hoīes ptran
ſijt: in quo omnes peccauerūt. Huius vie
mediator diabolus fuit: perſuaſor peccati et
precipitator in mortem. Nam ⁊ ipſe ad ope
rādam duplā mortem noſtrā: ſimplā attulit
ſuā. Per impietatē nāqꝫ mortuus eſt in ſpū
carne vtiqꝫ mortuus nō eſt. Nobis autē ⁊
impietatē pſuaſit: ⁊ ꝑpter hāc vt in mortē
carnis venire mereremur: effecit. Vnū er
go appetiuimus iniqua ſuaſione: alterū nos
ſecutū eſt iuſta damnatiōe. ꝑpterea qppe ſcri
ptū eſt. Deus mortē nō fecit: qr cauſa mor Sap. j.
tis ipſe nō fuit. ſꝫ tñ p eius retributionē iuſtiſ
ſima mors irrogata eſt pctōri. Sicut ſuppli
ciū iudex irrogat reo: cauſa tñ ſupplicij non
eſt iuſtitia iudicis: ſꝫ meritū criminis. Quo
ergo nos mediator mortis trāſmiſit ⁊ ipē nō
venit. id eſt ad mortē carnis. ibi nobis dñs
deus noſter medicinā emendationis inſer
uit: quā ille nō meruit: occulta ⁊ nimis arca
na ordinatione diuine alteqꝫ iuſtitie. Vt ḡ ſi
cut p vnū hoīem mors: ita p vnū hoīem fie Ro. 5.
ret reſurrectio mortuoꝝ. Quia magis vita
bāt hoīes qđ euitare nō poterant mortē car
nis: ꝗꝫ mortē ſpūs. id ē magis penā: ꝗꝫ me
ritū pene. nā non peccare: aut nō curaꝶ: aut
parū curaꝶ. nō mori autē q̄uis nō obtineaꝶ
vehemēter ſatagiꝶ. Vite mediator oſtēdēs:
ꝙ nō ſit mors timenda q̄ p humanā ꝯditio
nē iam euadi non poteſt: ſed potius impie
tas que p fidē caueri pōt: occurrit nobis ad
finem quo venimus: ſed nō qua venimus.
Nos eniꝫ ad mortē p pctm̄ venimus ille p
iuſtitiā: ⁊ ideo cū ſit mors noſtra pena pec
cati: mors illius facta eſt hoſtia p peccato.

Mortem chriſti non fuiſſe neceſſitatis noſtre: ſed voluntatis ſue ac poteſtatis.

Capitulum. xiij.

Quapropter cū ſpūs corpori prepona tur: mors𝔮ʒ ſit ſpiritus a deo deſeri: mors autem corporis a ſpiritu deſeri: ea𝔮ʒ ſit pena in morte corporis: vt ſpirit⁹ q2 volens deſeruit deū: deſerat corpus inuitus: vt cū ſpiritus deū deſeruerit q2 voluit deſerat corpus etiaʒ ſi noluerit: nec deſerat cuʒ voluerit: niſi aliquā ſibi vim qua ipſum corpus perimat intulerit: demōſtrauit ſpūs mediatoris: q2 nulla pena peccati vſ𝔮ʒ ad mortem carnis eius acceſſerit: q2 nō eā deſeruit inuitus: ſed q2 voluit: qñ voluit: quōmodo voluit. Quippe dei verbo ad vnitatē cōmixtus eſt homo. Hinc ait: poteſtatē habeo ponendi animā meā: & poteſtatē habeo iterum ſumendi eā. Nemo tollet eam a me: ſed ego pono eā a me: & iterū ſumo eā. Et hoc maxime mirati ſunt: ſicut euangeliū loquitˀ: q preſentes erant: cū poſt illam vocē: in qua figuram peccati noſtri edidit continuo tradidit ſpiritum. Lōga eni morte cruciabantˀ ligno ſuſpenſi. Unde latronibus vt iā morerentˀ: & de ligno ante ſabbatū deponerentˀ: crura cōfracta ſunt. Ille aūt quia mortuus inuentus eſt: miraculo fuit. Hoc etiam pilatū legimus fuiſſe miratū: cum ab ipſo ſepeliendum corpus dñi peteretˀ. Ille ita𝔮ʒ deceptor qui fuit homini mediator ad mortē: falſo𝔮ʒ ſe opponit ad vitam: nomine purgationis per ſacra & ſacrificia ſacrilega quibus ſuperbi ſeducuntur: q2 nec participationē mortis nr̄e habere potuit: nec reſurrectionē ſue: ſimplam quidē ſuaʒ mortē ad duplam noſtraʒ potuit afferre. Simplaʒ vero reſurrectionē in qua & ſacramentuʒ eſſet renouationis noſtre: et eius que in fine futura eſt euigilatiōis exemplū: nō vti𝔮ʒ potuit. Ille ꝓinde qui ſpiritu viuus carnem ſuam mortuam reſuſcitauit: verus vite mediator illum ſpiritu mortuum & mortis mediatorē a ſpiritibus in ſe credenduʒ foras miſit: vt nō regnaret itrinſec⁹: ſʒ forinſecus oppugnaret: nec tñ expugnaret. Cur ſeipſe quo𝔮ʒ temptandum p̄buit: vt ad ſuperandas etiaʒ temptationes eius mediator eſſet: non ſolū ꝑ adiutorium: verū etiaʒ ꝑ exem. At ille primitus vbi ꝑ omnes aditus ad interiora moliens irrepere: expulſus eſt: poſt baptiſma in heremo cōpleta omni tēptatione illecebroſa: q2 viuū ſpiritu: mortu⁹ ſpiritu non inuaſit: quoquo mō auidus mortis humane ꝯuertit ſe ad faciendā mortem: quā potuit: & ꝑmiſſus eſt in illud quod ex nobis mortale viuus mediator acceperat. Et vbi potuit aliqd facere: ibi ex omni partē deuict⁹ eſt: & vnde accepit exterius poteſtatem dñice carnis occidētē: inde interior eius poteſtas qua nos tenebat occiſa eſt. Factū eſt eniʒ vt vincula pctōꝝ multoꝝ: in multis mortibus ꝑ vnius vnā mortē quā petm̄ nullū p̄ceſſerat: ſoluerentˀ. Quā ꝓpterea dñs ꝓ nobis idebitaʒ reddidit: vt nobis debita nō noceret Ne𝔮ʒ enim iure cuiuſ𝔮ʒ ptātis exut⁹ eſt carne: ſed ipſe ſe exuit. Nam qui poſſet nō mori ſi nollet: proculdubio q2 voluit mortuus eſt: & ideo p̄ncipatus & ptātes expoliauit fiducialiter triūphās eas in ſemetipſo. Morte ſua qppe vno veriſſimo ſacrificio pro nobis oblato: quicquid culparū erat vnde nos principatus & ptātes ad luenda ſupplicia iure detinebant purgauit: aboleuit: extinxit: et ſua reſurrectione in nouā vitā nos p̄deſtinatos vocauit: vocatos iuſtificauit: iuſtificatos glorificauit. Ita diabolus hominē queʒ per ꝯſenſionem ſeductū: tan𝔮ʒ iure integro poſſidebat & ipſe nulla corruptione carnis & ſanguinis ſpetus: ꝑ iſtam corporis mortalis fragilitatem: nimis egeno & infirmo tanto ſuperbior: quanto velut ditior & fortior: quaſi pānoſo & erumnoſo dominabitˀ: in morte carnis amiſit. Quo enim cadentē non ſecutus impulit peccatorē: illuc deſcendentē ꝓſecut⁹ cōpulit redemptorē. Sic in mortis cōſortio filius dei nobis fieri dignatus eſt amicus: quo nō perueniendo melioreʒ ſe nobis at𝔮ʒ maiorem putabat inimicus. Dicit enim redemptor noſter. Maioreʒ dilectionē nemo habet: q̄ʒ vt animā ſuā ponat ꝓ amicis ſuis. Quo circa etiam ipſo dño ſe credebat diabolus ſuperioreʒ: inquantū illi dñs in paſſionibus ceſſit: q2 de ipſo intellectū eſt qđ in pſalmo legitˀ. Minuiſti eum paulominus ab angelis: vt ab iniquo velut equo iure aduerſuʒ nos agente: ipſe occiſus innocens cum iure equiſſimo ſuperaret: at𝔮ʒ ita captiuitatem ꝓpter peccatum factam captiuaret: noſ𝔮ʒ liberaret captiuitate propter peccatum iuſta: ſuo iuſto ſanguine iniuſte fuſo: mortis chi/

Marginal notes: Joh. 10 — Joh. 19 — Mar. 15 — Ro. 8 — Joh. 15 — Pš. 8

Colo. 2 rographū3 delens: ⁊ iuſtificādos redimēs
pctōres. Hinc etia3 diabolus ad hec ſuos
illudit: qb⁹ ſe p ſua ſacra velut purgandis: ⁊
potius implicandis atq3 mergendis: falſus
mediatoꝛ opponit: q꜡ ſupbis facillime pſua/
det irridere atq3 cōtemnere moꝛtē xp̄i: a qua
ipſe quanto eſt alienioꝛ: tanto ab eis creditur
ſanctioꝛ atq3 diuinioꝛ. Qui tñ apud eu3 pau
ciſſimi remāſerunt: agnoſcētibus gētibus:
⁊ pia humilitate bibētibus: p̄ciu3 ſuū: eiuſq3
fiducia deſerētibus hoſtem ſuū: ⁊ ꝯcurren
tibus ad redemptoꝛē ſuū. Neſcit eni3 diabo
lus quō illo ⁊ inſidiātē ⁊ furēte vtat̄ ad ſalu/
tē fideliū ſuoꝝ excelſiſſima ſapiētia dei: a fine
ſupioꝛe qđ eſt initiū ſpiritalis creature: vſq3
Sap. 8 ad finē inferioꝛē: qđ eſt moꝛs coꝛpoꝛis: per
tendēs foꝛtiter ⁊ diſponēs omnia ſuauiter.
Attingit eni3 vbiq3 ꝓpter ſuā mūditiā: ⁊ ni
hil inquinatū in eam incurrit. A moꝛte autē
ibidē. 7 carnis alieno diabolo vnde nimiu3 ſupbus
incedit: moꝛs alterius generis p̄paratur in
eterno igne tartari: quo nō ſolū cū terrenis:
ſ3 etiā cū aereis coꝛpib⁹ excruciari ſpūs poſ/
ſint. Supbi aūt hoīes qb⁹ xp̄s: q2 moꝛtuus
eſt: viluit: vbi nos tam magno p̄cio emit: ⁊
iſtā moꝛtē reddūt cū hoībus ꝯditioni erūno
ſe nature: q̄ trahit̄ a p̄mo pctō: ⁊ in illā cū il/
lo p̄cipitabunt̄. Quē ꝓpterea xp̄o p̄poſue/
runt: q2 eos in iſtā deiecit: quo per diſtante3
naturā ipſe nō cecidit: ⁊ quo ꝓpter eos p in
gentē miſericoꝛdiā ille deſcendit: ⁊ tñ ſe de/
monib⁹ eſſe melioꝛes non dubitāt credere:
eoſq3 maledictis omnib⁹ iſectari deteſtariq3
nō ceſſant. quos certe alienos ab hui⁹ moꝛ/
tis paſſione nouerūt: ꝓpter quā xp̄m contē
nunt. Nec ſic volūt cōſiderare quā fieri po/
tuerit: vt in ſe manēs: nec p ſeipſu3 ex vlla p
te mutabile dei verbū: p inferioꝛis tñ nature
ſuſceptionē aliqd inferius pati poſſet qđ im/
mūdus demon: q2 terrenū coꝛpus nō hab3:
pati nō poſſit. Sed cū ſint ipſi demonibus
melioꝛes: tñ q2 carnem poꝛtant: moꝛi ſic poſ
ſunt: quēadmodū demones moꝛi: qui eā nō
poꝛtāt: nō vtiq3 poſſunt. Et cū de ritibus ſa
crificioꝝ ſuoꝝ multū p̄ſumāt: que ſe fallaci
bus ſupbiſq3 ſpiritibus imolare nō ſentiūt.
Aut ſi iā ſentiūt aliqd ſibi ꝓdeſſe arbitrant̄
pfidoꝝ ⁊ inuidoꝝ amicitiā: quoꝝ intentio/
nis nullū negociū eſt: niſi impeditio reditus
noſtri: nō intelligūt ne ipſos quidem ſuper/
biſſimos ſpūs honoꝛibus ſacrificioꝝ gaude
re potuiſſe: niſi vni vero deo pro quo coli vo
lūt: verū ſacrificium deberet.

De ſacrificio pfecto ⁊ vero qđ ipſe ꝓ nobis ſaluatoꝛ effectus eſt. Ca. xiiij.

n Et q3 id poſſe rite offerri: niſi per ſacer
dotē ſanctū ⁊ iuſtū: nec niſi ab eis acci
piat̄ qđ offert̄: pro quibus offert̄: atq3
id ſine vitio ſit: vt ꝓ vitioſis mundādis poſ
ſit offerri. Hoc certe oēs cupiūt: q ꝓ ſe offer
ri ſacrificiū deo volūt. Quis ergo tā iuſtus ⁊
ſanctus ſacerdos: q̄3 vnicus filius dei. nō q
opus haberet p ſacrificiū ſua purgare pecca
ta: nec oꝛiginalia: nec ex humana vita q̄ ad/
dunt̄. Et qd tā ꝯgruenter ab hoīb⁹ ſumeret̄
qđ ꝓ eis offerret̄: q̄3 hūana caro. Et qd tam
aptum huic imolationi: q̄3 caro moꝛtalis. Et
qd tā mūdū ꝓ mundādis vitijs moꝛtaliū: q̄3
ſine vlla cōtagione carnalis cōcupiſcētie: ca
ro nata in vtero ⁊ ex vtero virginali. Et qd
tā grate offerri ⁊ ſuſcipi poſſet: q̄3 caro ſacrifi
cij noſtri: coꝛpus effectum ſacerdotis noſtri.
Vt qm̄ q̄ttuoꝛ ꝯſiderant̄ in omni ſacrificio:
cui offerat̄: a q̊ offerat̄: qd offerat̄: ꝓ qb⁹ offe
rat̄: idē ipſe vnus veruſq3 mediatoꝛ: p ſacrifi
ciū: pacis reconcilians nos deo3: vnū cum
illo maneret cui offerebat: vnū in ſe faceret ꝓ
quibus offerebat: vnus ipſe eſſet qui offere/
bat: ⁊ quod offerebat.

De his qui ſibi purgationem de virtute propria pollicent̄. Ca. xv.

ſ Sunt aūt quidā q ſe putāt ad cōteplan
dum deū: ⁊ inherendū deo virtute ꝓ
pria poſſe purgari: quos ipſa ſupbia
maxime maculat. Nullū eni3 vitiū ē cui ma/
gis diuina lege reſiſtit̄: ⁊ in qđ magis accipi
at dominandi ius ille ſupbiſſimus ſpiritus
ad ima mediatoꝛ: ad ſūma itercluſoꝛ: niſi oc/
culte inſidians alia via deuuet̄: aut per popu
lū deficiente3: qđ interp̄tat̄ amalech: a pte ſe/
uiens: ⁊ ad terrā ꝓmiſſionis repugnādo trā
ſitū negans: p crucē dñi q̄ moyſi manib⁹ ex
tenſis p̄figurata ſupet̄. Hinc eni ſibi pur Exo. 17
gationē iſti virtute ꝓpria pollicent̄: q2 nōnul
li eoꝝ potuerūt aciē mētis vltra oēm creatu/
rā tranſmittere: ⁊ lucē incōmutabilis verita
tis q̄tulacūq3 ex parte ꝯtigere: qđ xp̄ianos
multos ex fide interi3 ſola viuentes: nondū
potuiſſe deridēt. Sed quid prodeſt ſuperbiē
ti: ⁊ ob hoc erubeſcenti lignum cōſcendere:

de longinquo proſpicere patriā tranſmari/
nam. Aut quid obeſt humili de tanto inter/
uallo nō eam videre: in illo ligno ad eam ve
nienti: quo dedignaꝛ ille portari.

Sapientes mundi nec reſurrectionis verita
tem cognoſcere: nec futurorum ordinem ſci
re potuiſſe: quāuis ⁊ ipſi vaticinia habere vi
deant. Ca. xvi.

I etiā reſurrectionem carnis nos cre
b dere reꝑhendunt: ſibiq̄ʒ potius etiaʒ
de his rebus credi volūt. Quaſi vero
Ro. 8. q᷑ ꝑcelſam incōmutabileq̄ʒ ſubſtantiaʒ: ꝑ il/
la que facta ſunt intelligere potuerūt: propte
rea de ꝯuerſione reruʒ mutabiliū: aut de cō/
texto ſeculorū ordine conſulendi ſint. Nun/
quid enim q᷑ veriſſime diſputāt: ⁊ documē
tis certiſſimis pſuadent: eternis rationibus
omnia tpalia fieri: ꝓpterea potuerūt in ipis
rationibus ꝓſpicere: vel ex ipſis colligere q̄
ſint animaliū genera: q̄ ſemina ſingulorū in
exordijs: q modus in incremētis: qui nume
ri ꝑ cōceptus: ꝑ ortus: ꝑ etates: ꝑ occaſus: q
motus in appetendis q̄ ſecundū naturā ſunt
fugiendiſq̄ʒ cōtrarijs: nōne iſta oīa: nō ꝑ il/
lā incōmutabileʒ ſapientiā: ſed ꝑ locoꝝ ac tē
porū hiſtoriā queſierūt: ⁊ ab alijs expta atq̄ʒ
cōſcripta crediderūt. Quo minus mirandū
eſt: nullo modo eos potuiſſe ꝓlixiorū ſeculo
rū ſeriē veſtigare: ⁊ quādā metam huius ex
curſus: quo tanq̄ʒ fluuio genus decurrit hu/
manū: atq̄ʒ inde ꝯuerſionē ad ſuuʒ cuiq̄ʒ de
bitū terminuʒ. Iſta eniʒ nec hiſtorici ſcribe
re potuerunt longe futura ⁊ a nullo experta
atq̄ʒ narrata: nec iſti phi ceteris meliores in
illis ſummis eterniſq̄ʒ rationibus itellectua
lia contemplati ſunt. Alioquin nō eiuſdē ge
neris preterita que potuerūt hiſtorice inqui/
rerent: ſed potius ⁊ futura ꝑnoſcerent. Qđ
qui potuerunt: ab eis vates: a noſtris ꝓphe
appellati ſunt.

Unde apud impios poſſint quedam futura
preſciri. Ca. xvij.

Uāq̄ʒ ⁊ ꝓphetarū nomen nō omni/
q no alienū ē a lr̄is eoꝝ. Sʒ plurimū in
tereſt: vtrū experimēto ꝑteritorū futu
ra cōijciant. Sicut medici multa ꝓuidendo:
etiā lr̄is mandauerunt: q̄ ipſi experta notaue
runt. Sicut deniq̄ʒ agricole vel etiam naute
multa ꝑnūciāt. Talia eniʒ ſi ex longis inter/
uallis tēporū fiant: diuinatiōes putanꝛ. An
vero iam ventura preceſſerint: ⁊ lōge viſa ve
niētia nūcienꝛ: ꝑ acuto ſenſu videtū: qđ cuʒ
faciūt aere ptāes diuinare creduntꝛ. Tanq̄ʒ
ſi qſq̄ʒ de mōtis vertice aliquē longe videat
veniēteʒ: ⁊ ꝓxime in cāpo habitātibus ante
nūciēt. An ab angelis ſanctis qbus ea deus
ꝑ verbū: ſapientiāq̄ʒ ſuā indicat vbi ⁊ futura
⁊ ꝑterita ſtant: vel qbuſdā ꝓnuncienꝛ hoīb⁹
vel ab eis audita: rurſus ad alios hoies trāſ
mittanꝛ. An ipſoꝝ hominū quorūdā mētes
in tantū euehant ſpiritu ſancto: vt nō ꝑ ange
los: ſed ꝑ ipſas futuroꝝ inſtantes cauſas: in
ipſa ſūma rerū arce cōſpiciant. Audiunt eniʒ
iſta ⁊ aere ptātes: ſiue angelis ea nuncianti/
bus: ſiue hoibus. ⁊ tantū audiunt quantum
opus eē ille iudicat: cui ſubiecta ſunt omnia.
Multa etiā ꝑdicunꝛ inſtinctu quodā ⁊ impul/ Joh. v
ſu ſpiritu neſcientiū: ſicut caiphas neſciuit qd
dixit: ſed cū eſſet pontifex ꝓphetauit. Ergo
de ſucceſſionibus ſeculorū ⁊ de reſurrectiōe
mortuoruʒ: phos nec illos ꝯſulere debem⁹ Act. 17
qui creatoris eternitatem: in quo viuimus
mouemur ⁊ ſumus: quantuʒ potuerūt intel/ Ro. j.
lexerunt. Quia ꝑ ea que facta ſunt cognoſcē/
tes deuʒ: nō ſicut deū glorificauerūt: aut gra
tias egerunt: ſed dicētes ſe eſſe ſapiētes: ſtul
ti facti ſunt. Et cū idonei nō eēnt i eternitatē
ſpiritalis incōmutabiliſq̄ʒ nature aciem mē/
tis tam cōſtāter infigere: vt in ipſa ſapientia
cōditoris atq̄ʒ rectoris vniuerſitatis viderēt
volumina ſecloꝝ: q̄ ibi iā eſſent ⁊ ſemꝑ eēnt.
Hic aūt futura eſſent: vt non eſſent: atq̄ʒ vt
ibi viderent ꝯuerſiones in melius: nō ſoluʒ
aiaꝝ: ſed etiā corpoꝝ humanoꝝ vſq̄ʒ ad ſui
modi pfectioneʒ. Cū ergo ad hec ibi viden/
da nullo modo eſſent idonei: nec ad illud qdē
digni habiti ſunt: vt eis iſta ꝑ ſanctos ange
los nūciarenꝛ: ſiue forinſecus ꝑ ſenſus cor/
poris: ſiue interioribus reuelaꝛ: oibus in ſpi
ritu expſſis. ſicut patribus noſtris vera pie/
tate predictis: hec demonſtrata ſunt: q ea pre
dicentes: vel de preſentibus ſignis: vel de
ꝓximis rebus: ita vt predixerāt: factis fideʒ
facientes: auctoritatē cui de lōge futuris vſq̄ʒ
i ſeculi finē crederetꝛ: habere meruerūt. Po
teſtates aūt aeree ſupbe atq̄ʒ fallaces: etiā ſi q̄
dam de ſocietate ⁊ ciuitate ſanctoruʒ: ⁊ vero
mediatore a ſanctis ⁊ prophetis. vel angelis
audita ꝑ ſuos vates dixiſſe repiūtur: id ege/
rūt vt ꝑ hec aliena vera etiam fideles dei ſi

poſſent ad ſua falſa traducerent. Deus autē p neſcientes id egit: vt veritas vndiqꝫ reſo/naret fidelibus in adiutoriū: inpijs in teſti/monium.

De fide qua credimus temporaliter geſta: ⁊ veritate que reddet eterna.

Ca. xviij.

Ua igiẗ ad eterna capeſcenda idonei q nō eramus: ſordeſqꝫ peccatorū nos ꝑgrauabant temporaliū rerū amo/re cōtracte: ⁊ ꝺ ꝓpagine mortalitatis tāqꝫ na turaliter molite: purgandi eramus. Purga ri aūt vt cōtemperaremur eternis: nō niſi p tē poralia poſſemus: qualibet iā cōtempati te/nebamur. Sanitas enim a morbo plurimū diſtat: ſed medici curatio niſi morbo ꝯgruat nō pducit ad ſanitatē. Inutilia tēporalia de cipiunt egrotos: vtilia tēporalia ſuſcipiunt ſanādos: ⁊ traijciūt ad etna ſanatos. Mens aūt rationalis ſicut purgata cōtemplationem debet rebus eternis: ſic purganda tēporali/bus fidē. Dixit quidā ⁊ illorū q quondā apꝺ grecos ſapientes habiti ſunt. Quantū ad id qꝺ ortū ad eternitas valet: tantū ad fidē veri tas. Et profecto eſt vera ſententia. Qꝺ enī nos tēporale dicimus: hoc ille qꝺ ortū ē ap/pellauit. Ex quo genere etiā nos ſumus: nō tm̄ ſecūdū corpus: ſed etiā ſcd'm animi muta bilitatē. Nō enī ꝓprie vocaẗ eternū: qꝺ ali/qua ex parte mutaẗ. Inquantū igiẗ mutabi/les ſumus: intantū ab eternitate diſtamus. Promittiẗ aūt nobis vita eterna p veritatē a cuius pſpicuitate rurſus tantū diſtat fides noſtra: quātū ab eternitate mortalitas. Nūc ḡ adhibemus fidē rebus tpaliter geſtis pro pter nos: ⁊ p ipſā mundamur: vt cū ad ſpe/ciē venerimus: quēadmodū ſuccedit fidei veritas: ita mortalitati ſuccedat eternitas. Quapropter quoniam fides noſtra fiet ve/ritas: cū ad id quod nobis credētibus ꝓmit/tiẗ: peruenerimus. Promittiẗ aūt nobis vi ta eterna. ⁊ dixit veritas: nō que fiet ſicut fu/tura eſt fides noſtra: ſed que ſemp eſt veritas quia ibi eſt ⁊ eternitas. Dixit ergo veritas. Hec eſt aūt vita eterna: vt cognoſcāt te vnū
Joh. 17 verū deū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtū. Cū fides noſtra videndo fiet veritas: tunc mor talitatē noſtrā cōmutatā tenebit eternitas. Qꝺ donec fiat: ⁊ vt fiat: q2 rebus ortis accō modamus quidē fidem credulitatis: ſicut in eternis ſperamus veritatē cōtemplationis: ne fides mortalis vite diſſonaret a veritate eterne vite. ipſa veritas patri coeterna de ter ra orta eſt: cū filius dei ſic venit vt fieret fili⁹ ps. 84.
hoīs: ⁊ ipſe in ſe exciperet fidē noſtrā: q̄ nos pduceret ad veritatē ſuā. q ſic ſuſcepit mor/talitatē nr̄am: vt nō amitteret eternitatē ſuā. Quantū enī ad id qꝺ ortū eſt eternitas va/let: tantum ad fidem veritas. Ita ergo nos purgari oportebat: vt ille nobis fieret ortus q maneret eternus: ne alter nobis eſſet in fi de: alter in veritate. Nec ab eo ꝙ orti ſum⁹: ad eterna trāſire poſſemus: niſi eterno p or tū noſtrū nobis ſociato: ad eternitatē ipſius traijceremur. Nūc itaqꝫ illuc quodāmodo ſe cuta eſt fides nr̄a quo aſcendit in quē credi/mus: ortus: mortu⁹: reſuſcitatus: aſſumpt⁹. Horū quattuor: duo priora noueramus in nobis. Scimus enim hoīes ⁊ oriri ⁊ mori. Duo aūt reliqua: id ē reſuſcitari ⁊ aſſumi iā ſic in nobis futura ſperamus: q2 in illo facta credidimus. Itaqꝫ in illo q2 ⁊ id quod ortū erat trāſijt ad eternitatē: tranſiturū eſt ⁊ nr̄ū: cū fides peruenerit ad veritatē. Jā enī cre/dentibus vt in verbo fidei manerēt: ⁊ inde
ad veritatē: ac p hoc ad eternitatē perducti a Joh. 8
morte liberarenẗ: ita loquiẗ. Si māſeritis in
verbo meo: vere diſcipuli mei eritis. Et qua Ibidē
ſi quererent: quo fructu: ſecut⁹ ait. Et cogno
ſcetis veritatē. Rurſus quaſi diceret. Quid Ibidē
pdeſt mortalibus veritas. Et veritas inqt li berabit vos. Unde: niſi a morte: a corruptiō ne: a mutabilitate: Ueritas qppe imortalis: incorrupta: incōmutabilis permanet. Uera aūt imortalitas: vera incorruptibilitas: ve/ra incōmutabilitas: ipſa eſt eternitas.

De miſſione filij dei qua in forma ſerui mi/nor factus eſt patre: cum in forma dei patri permaneret equalis.

Ca. xix.

Ecce ad qꝺ miſſus ē filius dei: imo ve ro ecce qꝺ ē miſſū eſſe filiū dei. Que cūqꝫ ꝓpter faciendā fidem qua mūdaremur ad cōtemplandā veritatē in rebus ortis ab eternitate prolatis: ⁊ ad eternitatē relatis tpa liter geſta ſunt: aut teſtimonia miſſionis hu/ius fuerūt: aut ipſa miſſio filij dei. Sed teſti/monia quedā venturū pnūciauerunt: quedā veniſſe teſtata ſunt. Factū qppe creaturā per quē facta ē oīs creatura: omnē creaturā teſtē

babere oportebat. Nisi enim multis missis p̄
dicaret̃ vnus: n̄ multis dimissis teneret̃ vn⁹
Et nisi talia essent testimonia que paruis ma
gna esse viderent̃: nō crederet̃ ille ita magn⁹
vt magnos faceret magnus: qꝛ ad paruos
missus ē paruus. Incōpabiliter enim maio/
ra filij dei facta sunt celū ⁊ terra: ⁊ oīa q̄ in eis
sunt: quia oīa p̄ ipsū facta sunt: q̄ signa ⁊ p̄
tēta q̄ in eis testimoniū ꝓruperūt. Sꝫ tn̄ ho
mines vt h̄ mgana p̄ eū facta parui crederēt:
illa parua tanq̄ magna tremuerūt. Cū ergo
Gal. 4 venit plenitudo tp̄is: misit deus filiū suū:
factū ex muliere: factū sub lege: vsq̄ adeo p̄/
uum vt factū: eo itaq̄ missū quo factū. Si
ergo maior mittit minorē fatemur ⁊ nos fa
ctū minorē: ⁊ intantū minorē inquātū
factū: ⁊ intantū factum inquātū missū. Mi
Ibi. s sit enim filiū suū factū ex muliere: per quē ta/
men quia facta sunt omnia: nō solum priusq̄
factus mitteret̃: sed priusq̄ essent oīa: eundē
mittēti cōfitemur equalē: quē dicimus mis/
sum minorem. Quō ergo an̄ istā plenitudi/
nē tp̄is: qua eū mitti oportebat: priusq̄ mis/
sus esset videri a patribus potuit: cū eis an
gelica quedam visa demonstrarent̃: qñ nec
iam missus: sicut equalis est patri videbat̃.
Vn̄ enim dicit philippo: a quo vtiq̄ sicut a
ceteris: ⁊ ab ipsis a quibus crucifixus est in
Jo. 14. carne videbat̃. Tāto tēpore vobiscū sum ⁊ n̄
cognouistis me. Philippe qui me videt: vi
det ⁊ patrē: nisi qꝛ videbat̃: ⁊ n̄ videbat̃. Vi
debat̃ sicut missus factus fuerat nō videbat̃
Joh. j. sicut p̄ eū oīa facta erant. Aut vn̄ etiam illud
Jo. 14. dicit. Qui h̄z mandata mea ⁊ seruat ea: ipse
est q̄ diliget me. ⁊ qui diliget me: diliget̃ a pa
tre meo. ⁊ ego diligā eū ⁊ manifestabo ei me
ipsū. Cū esset manifestus an̄ oculos homi/
nū: nisi qꝛ carnē: qđ verbū in plenitudine tē
poris factū erat: suscipiendā nostre fidei por
rigebat. Ipsū aūt verbū p̄ qđ oīa facta erāt
purgate per fidem menti contemplandū in
eternitate seruabat.

Non esse contra equalitatem patris ⁊ filij si etiam secundum coeternam patri diuinitatē intelligat̃ filius missus. Capi. xx.

I aūt secundū hoc missus a patre fili⁹
di cit: qꝛ ille pater est: ille filius: nullo
modo impedit vt credamus equalem
patri esse filiū ⁊ cōsubstātialē ⁊ coeternū: ⁊
tamen a patre missum filiū. Nō qꝛ ille maio/
est: ille minor. sed quia ille pater: ille fili⁹. Il
le genitor: ille genitus. Ille a quo est qui mit
tit: ille qui est ab eo q̄ mittit. Filius enim a pa/
tre est: non pater a filio. Secundū hoc iā pōt
intelligi: nō tantū ideo dici missus filius: qꝛ
verbū caro factū est: sed ideo missus vt verbū Joh. j.
caro fieret: ⁊ p̄ p̄sentiā corporalē illa que scri
pta sunt operaret̃. id est vt nō tātū homo mis
sus intelligat̃ qđ verbū factū est: sed ⁊ ver/
bū missum vt homo fieret: qꝛ nō secundū im
parē potestatē vel substantiā vel aliqd quod
deo patri nō sit equale missus est: sed secun/
dū id qđ filius a patre est: non pater a filio.
Verbū enim p̄ris ē fili⁹: qđ ⁊ sapientia eius di
cit. Quid ergo mirū si mittit̃: nō qꝛ inequa/
lis est patri: sꝫ qꝛ ē manatio quedā claritatis Sap. 7
omnipotētis dei sincera. Ibi aūt qđ manat:
⁊ de quo manat vnius eiusdēq̄ substātie ē.
Neq̄ enim sicut aqua de foramine terre aut
lapidis manat: sed sicut lux de luce. Nā qđ
dictū est. Candor est enim lucis eterne: quid Ibidē
aliud dictū ē: q̄ lux ē lucis eterne. Candor
quippe lucis: qd nisi lux ē. Et ideo coeterna lu
ci: de qua lux ē. Maluit aūt dicere: cādor lu
cis: q̄ lux lucis: ne obscurior putaretur ista
que manat: q̄ illa de qua manat. Cum enim
audit̃ candor eius esse ista: facilius est vt per
hanc lucere illā: q̄ hec minus lucere credat̃.
Sed qꝛ cauendum nō erat ne minor lux illa
putaret̃ que istā genuit. hoc enim nullus vn
q̄ hereticus ausus est dicere: nec credendū
est aliquem ausurū. Illi cogitationi occur/
rit scriptura qua possit videri obscurior lux
ista que manat: q̄ illa de q̄ manat. Quā suspi
tionem tulit cū ait. Candor est illius. id ē lu/ Sap. 7
cis eterne: atq̄ ita ostendit equalē. Si enim
hec minor est: obscuritas illius est: nō cādor
illius. Si aūt maior est: nō ex ea manat. Nū
enim vinceret de qua genita est. Quia ergo
ex illa manat: nō est maior q̄ illa. Quia vo
nō obscuritas illius: sed candor illius ē: nō ē
minor. equalis est ergo. Neq̄ hoc mouere Ibidē
debet: qꝛ dicta est manatio q̄dā claritatis om
nipotentis dei sincera: tanq̄ ipsa non sit om
nipotens: sed omnipotētis manatio. Mox Ibidē
enī de illa dr̄. Et cū sit vna oīa potest. Quis
est āt omnipotēs: nisi qui omnia potest. Ab
illo itaq̄ mittitur: a quo emanat. Sic enim
⁊ ab illo petitur: qui amabat eam et desi/
derabat eam. Emitte inquit illam de sanctis ibidē. 9

celis tuis: ⁊ mitte illã a ſede magnitudinis tue
vt mecũ ſit: ⁊ mecū laboret. id eſt doceat me
laborare ne laborē. Labores eniꝫ eius: vir
tutes ſunt. Sꝫ aliter mittit̃ vt ſit cū hoīe: alit̃
ibidē.7 miſſa eſt vt ipſa ſit homo. In aīas eniꝫ ſan/
ctas ſe trāſfert: atqꝫ amicos dei ⁊ ꝓphetas cō
ſtituit. ſicut etiã implet ſanctos angelos ⁊ oīa
talibus miniſterijs ↄgrua p eos opat̃. Cum
Gal.4 aūt venit plenitudo tpis miſſa eſt: nō vt im/
pleret angelos: nec vt eſſet angelus: niſi in/
q̃tū ↄſiliuꝫ patris annunciabat: qd̄ ⁊ ipſius
erat. Nec vt eſſet cū hoībus: aut in hoībus.
Hoc eniꝫ ⁊ antea in patribus ⁊ ꝓphetis: ſꝫ
vt ipſuꝫ verbū caro fieret. id eſt homo fieret
in quo futuro reuelato ſacramento: etiam eo
rū ſapientia atqꝫ ſanctoꝝ ſalus eēt: q priuſq̃
ipſe de virgine naſceret̃: de mulieribus nati
ſunt: ⁊ in quo facto atqꝫ p̄dicato ſalus ſit om
niū credentiū: ſperantiū: diligentium. Hoc
j Thi.3 enim magnū pietatis eſt ſacramentū: qd̄ ma
nifeſtū eſt in carne: iuſtificatū ē in ſpiritu: ap
paruit angelis: p̄dicatū eſt in gentibus: cre/
ditū eſt in mūdo: aſſumptū eſt in gloria. Ab
illo ergo mittit̃ dei verbū: cuius ē vbū. Ab
illo mittit̃ de quo natū ē. Mittit qui genuit:
mittit̃ qd̄ genitū eſt. Et tunc vnicuiqꝫ mittit̃:
cum a quoq̃ cognoſcit̃ atqꝫ percipit̃ qnantū
cognoſci ⁊ percipi poteſt pro captu: vel profi
cientis in deum: vel pfecte in deo anime ra/
tionalis. Non ergo eoipſo quo de patre na/
tus eſt: miſſus dicitur filius. Sed vel eo ꝙ
Joh.16 apparuit huic mundo verbum caro factum.
vnde dicit. Exiui a patre ⁊ veni in hunc mū
dum. Vel eo ꝙ ex tpe cuiuſq̃ mente pcipit̃.
Sap.9 ſicut dictuꝫ eſt. Mitte illam vt mecum ſit: ⁊
ibidē.7 mecū laboret. Qd̄ ergo natuꝫ eſt ab eterno:
eternū eſt. Cādor eſt eniꝫ lucis eterne. Qd̄
j Thi.3 aūt mittit̃ ex tpe: a quoquã cognoſcit̃. Sꝫ cū
Gal.4 in carne manifeſtatus eſt filius dei: in hunc
j Cō.j. mūdum miſſus eſt in plenitudine tēporis fa
ctus ex femina. Quia eniꝫ in ſapiētia dei nō
Joh.j. poterat mūdus cognoſcere per ſapiētiã deū:
qm̄ lux lucet in tenebris: ⁊ tenebre eam non
j Cō.j. comprehēderunt: placuit deo per ſtulticiam
Joh.j. predicatiōis ſaluos credentes facere: ⁊ ver/
bum caro fieret ⁊ habitaret in nobis. Cum
aūt ex tēpore cuiuſq̃ prouectus mēte pcipi/
tur: mitti quidem dicitur: ſed nō in hūc mū/
dum. Neqꝫ enim ſenſibiliter apparet. id eſt
corporeis ſenſibus preſto eſt. Quia ⁊ nos

ſecundum qd̄ mente aliqd eternū quātū poſ
ſumus capimus: nō in hoc mundo ſumus.
Et oīuꝫ iuſtoꝝ ſpirit᷒: etiã adhuc in hac car/
ne viuentiū: inquātū diuina ſapiūt: nō ſunt
in hoc mundo. Sed pater cū ex tpe a quoq̃
cognoſcit̃: nō dicit̃ miſſus. Non enim habꝫ
de quo miſſus ſit: aut ex quo ꝓcedat. Sapiē
tia qppe dicit. Ego ex ore altiſſimi prodiui. ecci.24
Et de ſpū ſſancto dicit̃: a p̄re procedit. pater
vero a nullo. Sicut ergo pater genuit: fili᷒
genitus eſt, ita pater miſit: filius miſſus eſt.
Sed queadmodū q genuit ⁊ q genitus ē. ita
⁊ q miſit ⁊ q miſſus eſt vnū ſunt: q2 pater ⁊ fi
lius vnū ſunt. Ita etiã ſpūſſcūs vnū cū eis ē
q2 hec tria vnū ſunt. Sicut enim natuꝫ eſſe ē
filio a patre eſſe: ita mitti eſt filio cognoſci ꝙ
ab illo ſit. ⁊ ſicut ſpirituiſancto donū dei eſſe
eſt a patre ꝓcedere ita mitti ē cognoſci ꝙ ab
illo ꝓcedat. Nec poſſumus dicere ꝙ ſpūſſan
ctus: ⁊ a filio nō procedat. Neqꝫ eniꝫ fruſtra
idē ſpūs: ⁊ patris ⁊ filij ſpiritus dicit̃. Nec
video qd aliđ ſignificare voluerit: cū ſufflās
in faciē diſcipuloꝝ ait. Accipite ſpiritūſctm̄.
Neqꝫ eni flat᷒ ille corporeus cū ſenſu corpo/ Jo.20.
raliter tangendi ꝓcedens ex corpore ſubſtā/
tia ſpiritusſancti fuit: ſed demonſtratio p cō
gruã ſignificatiōnē: nō tantū a patre: ſed a fi
lio ꝓcedere ſpiritumſanctū. Quis enim de/
mentiſſimus dixerit: aliū fuiſſe ſpiritum quē
ſufflans dedit: ⁊ aliuꝫ quem poſt aſcenſioneꝫ
ſuã miſit. Vnus enim ſpūs: eſt ſpiritus dei:
ſpiritus patris ⁊ filij: ſpiritusſanctus: q ope/
rat̃ omnia in omnibus. Sed ꝙ bis datus ē j Cō.12
diſpenſatio certe ſignificationis fuit. de qua
ſuo loco quantum dn̄s dederit diſſeremus.
Qd̄ ḡ dn̄s ait. Quē ego mittã vobis a pa/ Joh.15
tre: oſtendit ſpiritum patris: ⁊ filij: q2 etiã cū
dixiſſet: quem mittet pater: addidit: in nomi
ne meo: nō tñ dixit quem mittet pater a me:
queadmodū dixit: quem ego mittaꝫ vobis a
p̄re: videlicet oſtendens ꝙ totius diuinitatis
vel ſi melius dicit̃ deitatis principiū pater ē.
Qui ergo ex patre procedit ⁊ filio: ⁊ cū refer
tur a quo natus eſt filius. Et ꝙ dicit euange Joh.7
liſta. Spūs nonduꝫ erat datus: q2 ieſus nō/
dum erat clarificatus: quō itelligit̃ niſi: quia
certa illa ſpūſſancti datio vel miſſio poſt clari
ficationeꝫ xp̄i futura erat qlis nūq̃ antea fue
rat. Neqꝫ enim antea nulla erat: ſed talis nō
fuerat. Si enim antea ſpiritusſanctus nō do

bat quo impleti ꝓphete locuti ſunt: cū aperte ſcriptura dicat: ⁊ multis locis oſtendat ſpiri
Luc. j. tuſancto eos locutos fuiſſe: ⁊ de iohāne ba/ ptiſta dictū ſit: ſpirituſancto replebit᷑ iā inde
Ibidē ab vtero matris ſue. ⁊ ſpirituſancto replet᷒
Ibidē zacharias inuenitur pater eius: vt de illo ta/ lia diceret. ſpirituſancto maria: vt talia de do
Luc. 2. mino quē geſtabat vtero ꝑdicaret. ſpirituſan cto ſimeon ⁊ anna: vt magnitudinē xp̄i par
Ioh. 7 uuli agnoſcerēt. Quō ergo ſpūs nondū erat datus: q᷑ ieſus nōdū erat claricatus: niſi q᷑ illa datio: vel donatio: vel miſſio ſpūſſancti: habitura erat quandā ꝓprietatem ſuā in ip̄o
Act. 2. aduentu: q̄lis antea nunq̄ fuit. Nuſq̄ eniꝫ legimus: linguis quas nō nouerant hoīes locutos veniente in ſe ſpirituſancto: ſicut tūc factū eſt: cū oporteret eius aduentū ſignis ſen ſibilibus demōſtrari vt oſtenderet᷑ totū orbē terrarū atq̄ hōmnes gētes in linguis varijs ↄſtitutas: credituras in xp̄m p donū ſpūſſan
ps. 18. cti. vt impleret᷑ qđ in ſpalmo canit᷑. Nō ſunt
Ibidē loquele neq̄ ſermones quorū nō audiāt᷑ vo/ ces eorū. In omneꝫ terrā exijt ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Verbo itaq̄
Gal. 4 dei ad vnitatē pſone copulatus: ⁊ quodāmo do cōmixtus eſt homo: cū veniente plenitu/ dine tēporis miſſus eſt in hunc mundū: fa/ ctus ex femina filius dei: vt eſſet ⁊ filius ho/ minis propter filios hominum. Hanc per ſonam angelica natura figurare antea potuit vt prenunciaret: nō exprimere vt ipſa eſſet.

De ſenſibili demonſtratione ſpirituſſancti ⁊ de coeternitate trinitatis.

Mat. 3 Capi. xxi.

Act. 2. De ſenſibili aūt demonſtratione ſpiri/ tuſſancti: ſiue p colūbe ſpeciē: ſiue p linguas igneas: cū eius ſubſtantiā pa tri ⁊ filio coeternā: pariterq̄ incōmutabilem ſubdita ⁊ ſeruiens creatura temporalibus
Joh. j. motibus ⁊ formis oſtēderet: cū ad eius pſo ne vnitatē: ſicut caro qđ verbū factū ē nō co pularet᷑. nō audeo dicere nihil tale factū eſſe antea. Sed plane fident᷑ dixerim: patreꝫ ⁊ fi liuꝫ ⁊ ſpiritūſanctuꝫ vnius eiuſdēq̄ ſubſtan tie: deū creatoreꝫ: trinitateꝫ: omnipotenteꝫ in ſepabiliter opari: ſed ita nō poſſe p longe im parē maximeq̄ corporeā creaturā inſepabili ter demonſtrari: ſicut p voces noſtras que vtiq̄ corpaliter ſonant: nō poſſunt pater ⁊ fi lius ⁊ ſpūſſanctus: niſi ſuis ⁊ ꝓprijs inter/ uallis tempoꝝ certa ſepatione diſtinctis: que ſue cuiuſq̄ vocabuli ſyllabe occupāt nomina ri. In ſua quippe ſubſtātia qua ſunt tria vnū ſunt: pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: nullo tēpo rali motu ſup omnē creaturā idipſuꝫ ſine vl lis interuallis tēpoꝝ vel locoꝝ ⁊ ſimul vnūꝫ atq̄ idē ab eternitate in eternitatē: tanq̄ ipſa eternitas que ſine veritate ⁊ caritate non eſt. In meis autē vocibus ſeparati ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus: nec ſimul dici potue runt: ⁊ in lr̄is viſibilibus ſua ſepatim locoꝝ ſpacia tenuerūt: Et queadmodū cum memo riā meā: ⁊ intellectū: ⁊ volūtateꝫ nomino ſin gula quidē nomina ad res ſingulas referun tur: ſed tamen ab omnibus tribus ſingula fa cta ſunt. nullū euiꝫ hoꝝ triuꝫ nominum eſt: quod nō ⁊ memoria ⁊ intellectus ⁊ volūtas luntas mea ſimul opata ſint. Ita trinitas ſi/ mul opata eſt: ⁊ vocē patris ⁊ carneꝫ filij: ⁊ colūbā ſpirituſſancti: cū ad pſonas ſingulas hec ſingula referant᷑. Qua ſimilitudine vt/ cūq̄ cognoſcit᷑: inſepabilē in ſeipſam trinita tē p viſibilis creature ſpeciē ſepabilit᷑ demon ſtrari: ⁊ inſepabilē trinitatis opationē: etiam in ſingulis eſſe reb᷒: que vel ad patrē: vel ad filiū: vl᷑ ad ſpiritūſanctū demonſtrandū ꝑpe ptinere dicunt᷑. Si ergo a me querit᷑: quō fa cte ſint: vl᷑ voces vl᷑ ſenſibiles forme atq̄ ſpe cies ante incarnationeꝫ verbi dei que hoc fu turū ꝑfigurarent: p angelos ea veū opatum eſſe reſpondeo: qđ etiā ſcripturarū ſanctaruꝫ teſtimonijs quantuꝫ exiſtimo ſatis oſtendi. Si aūt querit᷑ ipſa incarnatio quō facta ſit ipꝫ verbum dei: dico carnē factū. id eſt hominē
factū: nō tamē in hoc qđ factū eſt conuerſum Joh. j.
atq̄ mutatū: ita ſane factū: vt ibi ſit nō tantuꝫ verbū dei: ⁊ hominis caro. ſed etiaꝫ rationa lis hominis anima: atq̄ hoc totū ⁊ deus di/ cat᷑ ꝓpter deū ⁊ homo ꝓpter homineꝫ. Qđ
ſi difficile intelligit᷑: mēs fide purget᷑: magis Act. 15.
magiſq̄ abſtinendo a peccatis: ⁊ bene ope/ rando ⁊ orando cū gemitu deſiderioꝝ ſan ctoꝝ: vt p diuinuꝫ adiutoriuꝫ ꝓficiendo: ⁊ i/ telligat: ⁊ amet. Si auteꝫ querit᷑ poſt incarna tionem verbi: quō facta ſit vel vox patris vl᷑ ſpecies corporalis qua ſpirituſſanct᷒ demō/ ſtratus eſt: p creaturā qdē facta iſta non du/ bito: ſed vtrū tantūmodo corporaleꝫ atq̄ ſen ſibilem: an adhibito ſpiritu etiam rationali vel intellectuali. hoc enim quibuſdaꝫ placuit

appellare: qđ greci dicunt id eſt intellectuale. nō quidē ad vnitatē pſone. Quis enim hoc dixerit: vt qcqd illud eſt creature p qđ ſonuit vox patris: ita ſit deus pater. aut quicqd illud ē creature in quo p colūbe ſpeciē vel p igneas linguas ſpūſſanctus demōſtratus eſt: ita ſit ſpūſſcūs: ſicut ē dei fili⁹ hō ille q de virgine factus ē: ſ; tantummodo ad miniſteriū pagende ſignificatiōis: ſicut oportuiſſe deus iudicauit. an aliqd aliud intelligēdū ſit: inuenire difficile eſt: ⁊ temere affirmare non expedit. Quō tñ iſta ſine rationali vel intellectuali creatura potuerūt fieri: nō video. Neq; adhuc locus eſt explicare: cur ita ſentiam quantū vires dñs dederit. prius enim ſunt diſcutienda ⁊ refellenda hereticoꝝ argumenta: que nō ex diuinis libris: ſed ex rationibus ſuis pferunt: quibus ſe vehemēter cogere arbitrant̄ teſtimonia ſcripturaruȝ que de patre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto ſunt: ita eſſe intelligēda vt ipſi volunt. Nūc aūt nō ideo minoreȝ filiū qꝛ miſſus eſt a patre: nec ideo minorē ſpūmſanctū qꝛ ⁊ pater eū miſit ⁊ fili⁹ ſufficienter quātū arbitror demonſtratū eſt. Siue enim ꝓpter viſibilē creaturā: ſiue potius ꝓpter principij cōmendationē. nō propter inequalitatē vel imparilitatē vel diſſimilitudinē ſubſtātie in ſcripturis hec poſita intelligunt̄: qꝛ etiā ſi voluiſſet deus pater p ſubiectā creaturā viſibiliter apparere: abſurdiſſime tamen aut a filio queȝ genuit: aut ſpiritu ſctō q de illo ꝓcedit: miſſus diceret̄. Iſte igit̄ ſit huius voluminis modus. deinceps in ceteris adiuuante dño: illa hereticoꝝ verſutiſſima argumenta qualia ſint: ⁊ quemadmoduȝ redarguant̄ videbimus.

Explicit liber quartus.

Incipiunt capitula libri quinti.

i Quā modeſte ac ſobrie debet hō cui etiam ſue mentis natura inexplicabilis eſt de dei ſubſtantia cogitare.

ij De incōmutabili eſſentia qđ ſolus deus eſt.

iij Cōtra arrianoꝝ argumētationē an in deo vnigenti ⁊ geniti appellatio ſubſtantiarum indicet diuerſitatem.

iiij De accidētib⁹: ſiue ſeparabilibus: ſiue inſeparabilibus que in deo: qꝛ immutabilis non eſt: eſſe non poſſunt.

v Que in deo ad aliqd dicunt̄: nō ſcđm ſubſtantiaȝ dici: nec tamen eſſe accidētia ſed relatiuā incōmutabilia.

vi An ingenitus quod pater dicit̄: poſſit inter illa accipi que ad ſeipſum ⁊ ſubſtantialiter dicuntur.

vij Quid in qbuſq; locutionibus valeat negatiua particula qua aliqd nō quid ſit: ſed quid non ſit oſtenditur.

viij Qđ in trinitate deitatis quicqd ad ſe dicit̄: vna quecq; pſona indifferēs atq; cōmune ſit: ⁊ vnam ſignicet atq; candem ſubſtantiam.

ix Qua neceſſitate tres perſone in trinitate dicunt̄.

x De vera magnitudine cui⁹ pticipatiōne magna ſunt: q̄cūq; ſunt magna.

xi Relatiue non ſubſtantialiter dici quicquid vel pater: aut filius: aut ſpiritusſanctus proprie nominatur.

xij De relatiuis que referri ad inuicē nequeunt: cum tamen relatiua ſint.

xiij Trinitatē dñi nō tria pncipia: ſ; vnuȝ eē pncipiū: qꝛ ⁊ pr: ⁊ fili⁹: ⁊ ſpūſſctus: vnus creator eſt: ſicut vnus deus eſt.

xiiij Quō in trinitate ⁊ pater ad filiū principiū ſit: ⁊ pr ⁊ fili⁹ ad ſpūmſanctum.

xv Quō in ſpūſcō etiā anteq; daret̄ poſſit doni nomen intelligi: vt ei ſemp nō aliud fuerit donū eſſe q̄; ipſum eſſe.

xvi De appellationibus relatiuis: q̄ nō ad deū: ſed ad creaturā referēda ſunt: qm̄ deo nihil accidit.

Incipit liber quintus.

Quā modeſte ac ſobrie debet homo cui etiam ſue mentis natura inexplicabilis eſt: de dei ſubſtantia cogitare.

Capitulum. j.

Inciam exordiens ea dicere que dici vt cogitantur vel ab homine aliquo vel certe a nobis nō omnino poſſunt: q̄uis ⁊ ipſa noſtra cogitatio: cum de dei trinitate cogitamus: longe ſe illi de quo cogitat: imparem ſentiat: neq; vt ē eū capiat: ſed vt ſcriptū eſt.

e lus pater: qꝛ non niſi ipſe ibi pater: cō
ſiderāda eſt illa ſentētia qua diciꝰ: deū verū ſolū non eſſe patrem ſolum: ſed patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctū. Si quis enim in/terroget. pater ſolus: vtrum ſit deus. quō reſpondebitur nō eſſe: niſi forte ita dicamꝰ eſſe quideꝫ patreꝫ deū: ſed nō eſſe ſolum deum. eſſe aūt ſoluꝫ deum: patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū. Sed quid agimus de illo teſtimonio domini. Patri eniꝫ dicebat: ⁊ patrem nominauerat ad quē loquebaꝰ: cum ait. Hec eſt vita
eterna: vt cognoſcant te vnum verū deum. Jo. 14.
Quod quideꝫ arriani ſic ſolent accipere: quaſi ſi nō ſit filius verꝰ deus. Quibus excluſis: videndū eſt an intelligere cogamur: cū dictū
eſt patri. Ut cognoſcant te vnum verū deū: Ubi. ſ
tanq̄ hoc inſinuare voluerit: quia ⁊ ſolus pater deus verus eſt: nenon intelligeremus deum niſi ipſa tria ſimul: patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctum. Num ergo ex domini te/ſtimonio: ⁊ patrem vnum verum deum di/cimus: ⁊ filium vnum verum deum: ⁊ ſpiritumſanctum vnum verum deuꝫ: ⁊ ſimul patrem ſi filium ⁊ ſpiritumſanctuꝫ. id eſt ſimul ipſam trinitatem. non tres veros deos: ſed
vnū verū deū. An qm̄ addidit. Et quē miſi Ibideꝫ
ſti ieſum chriſtū: ſubaudiendū eſt vnuꝫ verū deū. Et ordo verboꝝ eſt: vt te ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtū cognoſcant vnū veruꝫ deum. Cur ergo tacuit de ſpirituſancto. an quoniaꝫ cōſequens eſt: vbicunq̄ nominatur vnum tanta pace vni adherens: vt per hanc vtrūq̄ vnum ſit. iam ex hoc intelligaꝰ etiā ipſa pax: quāuis nō incōmemoretur. Nam ⁊ illo loco apoſtolus videtur quaſi pretermittere ſpiri/tūſanctum: ⁊ tamen etiā ibi intelligiꝰ: vbi ait.
Omnia veſtra: vos aūt xpi. chriſtus aūt dei j Cor. 3
Et iterum. Caput mulieris vir: caput viri ibidē. ij
xps. caput aūt chriſti deus. Sꝫ rurſus ſi de/us nō niſi omnia ſimul tria: quō caput chriſti deus: id eſt caput chriſti trinitas: cū in trinitate ſit xps vt ſit trinitas. An qd' eſt pater cum filio: caput eſt ei qd' eſt ſolus filius. cum filio enim pater deus: ſolus aūt filius chriſtus eſt maxime quia iam verbuꝫ caro factū loquiꝰ.
Secundū quā humilitatē eius etiā maior eſt Jo. 14.
pater: ſicut dicit. Qm̄ pater maior me eſt: vt hoc ipſuꝫ deuꝫ eſſe qd' illi cū patre vnū eſt ca/put ſit hominis mediatoris: quod ipſe ſolus eſt. Si eniꝫ mentē recte dicimus principale hominis. id eſt tanq̄ caput humane ſubſtantie: cū ipſe homo cuꝫ mente ſit homo: cur nō multo congruentius: multoq̄ magis verbū cuꝫ patre quod ſimul deus eſt: caput eſt chriſti: quāuis chriſtus homo niſi cuꝫ verbo qd'

caro factũ eſt: intelligi non poſſit. Sed hoc
vt iam diximus: aliquãto diligentius poſtea
ꝯſiderabimus. Nũc aũt equalitas trinitatis:
⁊ vna eademq; ſubſtantia quantum breuiter
potuimus demonſtrata eſt: vt quoquo mo-
do ſe habeat iſta queſtio: quam diſcutiendã
acriore intentiõe diſtulimus: nihil impediat:
quo minus fateamur ſummã equalitatẽ pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti.

De ſententia ſancti hilarij qua in trinitate per-
ſonarum proprietatem intelligitur demon-
ſtraſſe.

Capitu. x.

Quidã cum vellet breuiſſime ſingula-
rũ in trinite perſonarũ inſinuare pro-
pria: eternitas inquit in patre: ſpecies
in imagine: vſus in munere. Et qꝛ non me-
diocris auctoritatis in tractatione ſcriptu ra-
rum: ⁊ aſſertione fidei vir extitit: hilariꝰ enim
hoc in libris ſuis poſuit. horũ verborũ. id ẽ
patris ⁊ imaginis: ⁊ numeris: eternitatis: ⁊
ſpeciei ⁊ vſus abditã ſcrutatus intelligentiã.
quantum valeo nõ eum ſequutum arbitror in
eternitatis vocabulo: niſi ꝙ pater non habet
patrem de quo ſit: filius autem de patre ẽ vt
ſit: atq; vt illi coeternus ſit. Imago enim ſi
perfecte implet illud cuius imago eſt: ipſa co-
equatur ei: non illud imagini ſue. In qua
imagine ſpeciẽ nominauit: credo ꝙ propter
pulchritudinẽ: vbi iam eſt tanta congruen-
tia ⁊ prima equalitas: ⁊ prima ſimilitudo: nul
la in re diſſidens. ⁊ nullo modo inequalis: ⁊
nulla ex parte diſſimilis: ſed ad identidem re
ſpondens ei cuius imago eſt. Vbi eſt prima
⁊ ſũma vita cui nõ eſt aliud viuere ⁊ aliud eẽ
ſed idẽ eſt eſſe ⁊ viuere. Et ꝑmus ac ſũmus
intellectus: cui nõ eſt aliud viuere ⁊ aliud in
telligere. ſed id qđ eſt intelligere: hoc viuere
hoc eſſe eſt vnũ omnia: tanq̃ verbum perfe
ctũ: cui nõ deſit aliquid: ⁊ ars q̃dã omnipo
tentis atq; ſapientis dei: plena omniũ ratio-
nũ viuẽtiũ incõmutabiliũ: ⁊ omnes vnũ in
ea. ſicut ipſa vnũ de vno: cum quo vnum.
Ibi nouit omnia deus: que fecit per ipſã: ⁊
ideo cum decedant ⁊ ſuccedant tempora: nõ
decidit aliquid vel ſuccedit ſcientie dei. Non
enim hec que creata ſunt ideo ſciuntur a deo:
quia facta ſunt: ac non potius ideo facta ſunt
vel mutabilia: quia immutabiliter a deo ſciũ
tur. Ille igitur ineffabilis quidam cõplexus
patris ⁊ imaginis non eſt ſine perfruitione:
ſine caritate: ſine gaudio. Illa ergo dilectio:
delectatio: felicitas: vel beatitudo: ſi tamẽ ali
qua humana voce digne dicitur vſus: ab illo
appellatus eſt breuiter: ⁊ eſt in trinitate ſpũſ-
ſanctus: nõ genitus: ſed genitoris genitiq;
ſuauitas: ingeniti largitate atq; vbertate per
fundens omnes creaturas pro captu earũ:
vt ordinem ſuum teneant ⁊ locis ſuis acquie
ſcant. Hec igitur omnia que arte diuina fa-
cta ſunt: ⁊ vnitatem quandam in ſe oſtendũt
⁊ ſpeciem ⁊ ordinem. Quicquid enim horũ
eſt: ⁊ vnum aliquid eſt: ſicut ſunt nature cor
porum: ⁊ ingenia animarũ. ⁊ aliqua ſpecie
formarũ: ſicut ſunt figure vel qualitates cor
porum: ac doctrine vel artes animarũ: ⁊ or
dinem aliquem petit aut tenet: ſicut ſunt pon
dera vel collocationes corporum ⁊ amores:
aut delectationes animarũ. Ceterũ in illa
ſumma trinitate tantũ eſt vna quantũ tres
ſimul. nec plus aliquid ſunt due quam vna.
Oportet igitur vt creatorẽ per ea que facta roma. j.
ſunt intellectũ conſpicientes trinitatẽ intel-
ligamus: cuius in creatura quomodo dignũ
eſt apparet veſtigiũ. In illa enim trinitate ſũ
ma origo eſt rerũ omniũ ⁊ perfectiſſima pul
chritudo: ⁊ beatiſſima delectatio. Itaq; illa
tria: ⁊ ad ſe inuicẽ determinari videntur. ⁊
in ſe infinita ſunt. Sed hic in rebus corpore
is: non tantũ eſt vna: quantũ tres ſimul:
⁊ plus aliquid ſunt due quã vna res. Ceterũ
in ſumma trinitate tantum eſt vna quantum
tres ſimul ſunt: nec plus aliquid ſunt due q̃
vna: ⁊ in ſe infinita ſunt. Ita ⁊ ſingula ſunt
in ſingulis: ⁊ omnia in ſingulis ⁊ ſingula in
omnibus: ⁊ omnia in omnibus: ⁊ vnũ om
nia. Qui videt hoc vel ex parte: vel per ſpe- j Cõ 13
culum ⁊ in enigmate: gaudeat cognoſcens
deum: ⁊ ſicut deum honoret ⁊ gratias agat. roma. j.
Qui autem non videt: tendat per pietatem
ad videndum: non per cecitatẽ ad calumni
andum: quoniam vnus eſt deus: ſed tamen
trinitas. Nec confuſe accipiendum eſt. Ex
quo omnia: per quem omnia: in quo omnia Ro. ij.
nec diis multis: ſed ipſi gloria in ſecula ſecu-
lorum.

Explicit liber ſextus.

Incipiũt capitula libri ſeptimi.

j Utrum quicquid de deo non relatiue ſed ad ſeipſum recte dicit̃ cuilibet per/ſone in trinitate conueniat.

ij Ea que patris ꝛ filij eſſentiam ſignificant: non eſſe relatiua: quia quicquid ad ſe: non ad aliquid dicuntur ſimul ambo ſunt.

iij De ſapientia a deo genita vel creata.

iiij Quid vel a grecis vel latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate.

v De ſubſtantia ꝛ eſſentia.

vi De tribus perſonis vnius eſſentie.

Aurelij auguſtini liber ſemptimus incipit.

Utrum quicquid de deo non relatiue ſed ad ſeipſum recte dicitur cuilibet perſone in trinitate conueniat. Capi. j.

Iam nunc queramus diligentius quantum dat deus quod pauloante diſtulimus. Utrum ꝛ ſingula queqꝫ in trinitate perſona poſſit ꝛ ꝛ per ſeipſam non cuꝫ ceteris duabus dici deus: aut magnus: aut ſapiens: aut verus: aut omnipotens: aut iu/ſtus: ꝛ ſi quid aliud dici de deo poteſt: nõ relatiue: ſed ad ſeipſum. An vero non dicant̃ iſta: niſi cum trinitas intelligit̃. Hoc enim queſtionem facit: qꝛ ſcriptum eſt: xp̃m dei vir/ j Cor. j tutem ꝛ dei ſapientiaꝫ: vtrũ ita ſit pater ſapiẽtie atqꝫ virtutis ſue: vt hac ſapientia ſapiens ſit quaꝫ genuit: ꝛ hac virtute potens quã ge/nuit. ꝛ qꝛ ſemp̄ potens ꝛ ſapiens: ſemper genuit virtutẽ ꝛ ſapientiam. Dixeramus enim ſi ita eſt: cur nõ ꝛ magnitudinis ſue pater ſit qua magnus eſt: ꝛ bonitatis qua bonus eſt: ꝛ iuſtitie qua iuſtus: ꝛ alia ſi qua ſunt. Aut ſi hec omnia pluribus vocabulis in eadem ſa/pientia ꝛ virtute intelliguntur: vt eadem ſit magnitudo que virtus: ea bonitas que ſapiẽtia: ꝛ ea rurſus ſapientia que virtus. ſicut iaꝫ tractauimus: meminerimus: cuꝫ aliquid horum nomino ſic accipiendum eſſe: ac ſi om/nia commemorem. Queritur ergo an pater etiam ſingulus ſit ſapiens: atqꝫ ipſa ſibi ipſe ſapientia: an ita ſit ſapiens quomodo dicẽs. Uerbo enim quod genuit dicens eſt: nõ verbo quod profertur: ꝛ ſonat: ꝛ tranſit: ſed verbo quod erat apud deum: ꝛ deus erat verbũ Joh. j. ꝛ omnia per ipſum facta ſunt: verbo equali ſibi quo ſemper atqꝫ incõmutabiliter dicit ſe/ipſum. Non eſt enim ipſe verbum: ſicut nec filius nec imago. Dicens aũt exceptis illis temporalibus vocibus verbi dei: que in creatura fiunt. nam ſonant ꝛ tranſeũt. Dicens ergo illo coeterno verbo: nõ ſingulus intelligitur: ſed cum ipſo verbo ſine quo nõ eſt vtiqꝫ dicens. Ita ne ꝛ ſapiens ſicut dicens: vt ita ſit ſapientia ſicut verbum: ꝛ hoc ſit verbũ eſſe quod eſt eſſe ſapientiam. hoc etiam eſſe virtutem: vt virtus ꝛ ſapientia ꝛ verbum idem ſit: ꝛ relatiue dicatur. ſicut filius ꝛ ima/go: atqꝫ ille non ſingulus potens vel ſapiẽs ſed cum ipſa virtute ꝛ ſapientia quã genuit. ſicut non ſingulus dicens: ſed eo verbo ꝛ cũ eo verbo quod genuit: atqꝫ ita magnus ea ꝛ cum ea magnitudine quaꝫ genuit. Et ſic nõ alio magnus: alio deus: ſed eo magnus quo deus: quia nõ aliud illi eſt magnum eſſe: aliud deum eſſe: cõſequens eſt: vt nec deus ſingulus: ſed ea ꝛ cum ea deitate quam ge/nuit: vt ſic ſit filius deitas patris: ſicut ſapientia ꝛ virtus patris. ꝛ ſicuti eſt verbum ꝛ imago patris. Et quia non aliud illi eſt eſſe: ali/ud deum eſſe. ita ſit etiam eſſentia patris filius: ſicuti eſt verbum ꝛ imago eius. Ac per hoc etiaꝫ excepto eo quod pater eſt: nõ ſit ali/quid pater: niſi quia eſt ei filius: vt nõ tantuꝫ id quod dicitur pater: quod manifeſtũ eſt cuꝫ nõ ad ſeipſuꝫ: ſed ad filium relatiue dici: ꝛ iõ patrem quia eſt ei filius. ſed oĩno vt ſit quod ad ſeipſum eſt: ideo ſit quia genuit eſſentiam ſuam. Sicut enim magnus eſt: nõ niſi ea q̄ genuit magnitudine. ita ꝛ eſt non niſi ea quã genuit eſſentia: quia non eſt aliud illi eſſe: aliud magnuꝫ eſſe. Ita ne igitur pater eſt eſſentie ſue: ſicut pater eſt magnitudinis ſue. Si/cut pater virtutis ac ſapientie ſue: eadem ꝑ/pe eius magnitudo que virtus: ꝛ eadẽ eſſentia que magnitudo. Hec diſputatio nata eſt ex eo: quod ſcriptuꝫ eſt: chriſtum eſſe dei virtutem ꝛ dei ſapientiam. Quapropter in eas anguſtias ſermo coartatur: cum ineffabilia fari cupimus. vt aut dicamus chriſtum non eſſe dei virtutem ꝛ dei ſapientiaꝫ: atqꝫ ita impudenter ꝛ impie reſiſtamus apoſtolo. aut chriſtũ quidem dei virtuteꝫ ꝛ dei ſapientiam

eſſe fateamur: ſed eius patrē nō eſſe patrē vir/
tutis ⁊ ſapientie ſue: quod nō minus impiuꝫ
eſt. Sic eniꝫ nec chriſti erit pater: quia xp̄us
dei virtus ⁊ dei ſapientia eſt. aut nō eſſe pa/
trē virtute ſua potenteꝫ: neqꝫ ſapiētia ſua ſa/
pientem: quod quis audeat dicere. aut aliud
in patre intelligi eſſe: aliud ſapientem eſſe vt
non hoc ipſo ſit quo ſapiens eſt. quod de ani
ma intelligi ſolet: que alias inſipiens: alia
ſapiens eſt: velut natura mutabilis: ⁊ non
ſumme perfecteqꝫ ſimplex. aut patrem non
eſſe aliquid ad ſeipſum: ⁊ nō ſolum: quod pa
ter eſt. ſed omnino quod eſt: ad filium relati/
ue dici. Quomodo ergo eiuſdem eſſentie fi/
lius cuius pater: quando quideꝫ ad ſeipſum
nec eſſentia eſt: nec omnino eſt ad ſeipſuꝫ: ſꝫ
etiaꝫ eſſe ad filium illi eſt. Atenim multo ma
gis vnius eiuſdēqꝫ eſſentie: quia vna eadē/
qꝫ eſſentia pater ⁊ filius. quando quidem pa
tri non ad ſeipſum eſt ipſum eſſe: ſed ad filiū
quā eſſentiam genuit: ⁊ qua eſſentia eſt quic
quid eſt. Neuter ergo ad ſe eſt: ⁊ vterqꝫ ad
inuicem relatiue dicitur. an pater ſolus: non
ſolum quod pater dicit̄: ſed omnino quicqd
dicit̄: relatiue ad filiū dicitur. ille autem dici
tur ad patrem ⁊ ad ſe. ⁊ ſi ita eſt: quid dicitur
in filio ad ſe: an ipſa eſſentia. Sed patris eſ
ſentia eſt filius: ſicut patris virtus. ⁊ ſapien/
tia: ſicut verbum patris: ⁊ imago patris. aut
ſi eſſentia dicit̄ ad ſe filius: pater autem non
eſt eſſentia: ſed genitor eſſentie. non eſt autē
ad ſeipſum: ſed hac ipſa eſſentia quā genuit:
ſicut hac ipſa magnitudine magnus quam
genuit: ergo ⁊ magnitudo dicit̄ ad ſe filius.
ergo ⁊ virtus ⁊ ſapientia ⁊ verbū ⁊ imago.
Quid autem abſurdius qꝫ imaginem ad ſe
dici: aut ſi non idipſum eſt imago ⁊ verbum
quod eſt virtus ⁊ ſapientia: ſed illa relatiue
dicuntur: hec autem ad ſe non ad aliud inci
pit non ea ſapientia quam genuit: ſapiens eſ
ſe pater: quia non poteſt ipſe ad eam relati/
ue dici: ⁊ illa ad eum relatiue nō dici: omnia
enim que relatiue dicuntur ad inuicem di/
cuntur. Reſtat itaqꝫ: vt etiam eſſentia filius
relatiue dicatur ad patrem. Ex quo conſici/
tur inopinatiſſimus ſenſus: vt ipſa eſſentia
nō ſit eſſentia: vel certe cum dicitur eſſentia:
non eſſentia ſed relatiuum indicetur: quo/
modo cum dicitur dominus: non eſſentia
indicatur: ſed relatiuum quo refertur ad ſer

uum. Cum autem homo dicitur vel aliquid
tale: quod ad ſe non ad aliud dicitur: tunc in/
dicatur eſſentias. homo ergo cuꝫ dominus
dicitur: homo eſſentia eſt. dominus vero re
latiue dicitur. homo enim ad ſe dicitur: do/
minus ad ſeruum: hoc autē vnde agimus:
ſi eſſentia ipſa relatiue dicitur: eſſentia ipſa
non eſt eſſentia. Huc accedit. quia omnis eſ
ſentia que relatiue dicitur: eſt etiam aliquid
excepto relatiuo: ſicut homo ⁊ dominus: ho
mo ſeruus: ⁊ equus iumentuꝫ: ⁊ nummus
arra. homo ⁊ equus ⁊ nummus ad ſe dicun
tur: ⁊ ſubſtantie ſunt vel eſſentie. dominus
vero ⁊ ſeruus ⁊ iumentum ⁊ arra: ad aliqd
relatiue dicuntur. Sed ſi non eſſet homo. id
eſt aliqua ſubſtantia: non eſſet qui relatiue
dominus diceretur. Et ſi non eſſet equus
quedam eſſentia: non eſſet quod iumentum
relatiue diceretur. Ita ſi nummus non eſſet
aliqua ſubſtantia: nec arra poſſet relatiue di
ci. Quapropter ſi ⁊ pater non eſt aliquid ad
ſeipſum: non eſt omnino que relatiue dica/
tur ad aliquid. Non enim ſicut ad aliquid
coloratū refertur color eius: nec omnino ad
ſe dicitur color: ſed ſemper alicuius colorati
eſt. Illud autē cuius color eſt etiā ſi eo qꝫ co
loratū dicit̄ ad colorem refert̄: tamē id quod
corpus dicitur ad ſe dicitur. Nullo modo ita
putandum eſt patreꝫ nō dici aliqd de ſeipſo:
ſed quicqd dicitur ad filium dici. Eundē ve
ro filium ⁊ ſeipſum dici ⁊ ad patrē. Cuꝫ dici
tur magnitudo magna: ⁊ uirtus potens. vti
qꝫ ad ſeipſum: ⁊ magnitudo atqꝫ virtus ma
gni ⁊ potentis patris: qua pater magnus ⁊
potens eſt. Non ergo ita: ſed vtrūqꝫ ſubſtā
tia: ⁊ vtrūqꝫ vna ſubſtantia. Sicut auteꝫ ab
ſurdū eſt dicere candidum nō eſſe candorē:
ſic abſurdum eſt dicere ſapienteꝫ non eſſe ſa
pientiam. Et ſicut candor ſeipſuꝫ candidus
dicitur: ita ⁊ ſapientia ad ſeipſam dicitur. ſa/
piens. Sed candor corporis non eſt eſſen/
tia: quoniam ipſum corpus eſſentia eſt: ⁊ il/
la eius qualitas. vnde ⁊ ab ea dicitur candi/
dum corpus: cui non hoc eſt eſſe quod can/
didum eſſe. Aliud enim ibi forma ⁊ aliud
color: ⁊ vtrumqꝫ non in ſeipſo: ſed in aliqua
mole. Que moles nec forma nec color eſt:
ſed formata ⁊ colorata. Sapientias vero ⁊
ſapiens eſt. Et quoniam quecunqꝫ anima
participatione ſapientie ſit ſapiens: ſi rurſus

deſipiat: manet tamen in ſe ſapientia. Nec cum anima fuerit in ſtultitiam cõmutata illa mutatur: non ita eſt in eo qui ex ea fit ſapiẽs: quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum eſt. Cum eniꝫ corpus in aliuꝫ colorem fuerit mutatum: non manebit candor ille: ſed omnino eſſe deſinat. Quod ſi et pater qui genuit ſapientiam ex ea fit ſapiens. neqꝫ hoc ei illi eſſe quod ſapere: qualitas ei⁹ eſt filius non proles eius: ⁊ non ibi erit iam ſumma ſimplicitas. Sed abſit vt ita ſit: quia vere ibi eſt ſumme ſimplex eſſentia: hoc ergo eſt ibi eſſe quod ſapere. Quod ſi hoc eſt ibi eſſe quod ſapere: non per illam ſapientiaꝫ quam genuit ſapiens eſt pater: alioquin non ipſe illam: ſed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi eſt eſſe quod ſapere: niſi eo eſt quo ſapiens eſt. Quapropter que cauſa illi eſt vt ſapiens ſit: ipſa illi cauſa eſt vt ſit. proinde ſi ſapientia quaꝫ genuit cauſa illi eſt vt ſapiens ſit: etiam vt ſit: ipſa illi cauſa eſt. Quod fieri non poteſt: niſi gignendo eum aut faciendo. Sed neqꝫ genitricem neqꝫ conditriceꝫ patris vllo modo quiſquaꝫ dixerit ſapientiam. Quid enim eſt inſanius. Ergo ⁊ pater ipſa ſapientia eſt. Et ita dicitur filius ſapientia patris: quomodo dicitur lumen patris. id eſt vt quemadmo lumen de lumine: ⁊ vtrunqꝫ vnum lumen. ſic intelligatur ſapientia de ſapientia ⁊ vtrunqꝫ vna ſapientia: ergo ⁊ vna eſſentia: quia hoc eſt ipſi eſſe quod ſapere. Quod enim eſt ſapientie ſapere: ⁊ potentie poſſe: ⁊ eternitati eternam eſſe: iuſtitie iuſtam eſſe: magnitudini magnaꝫ eſſe. hoc eſt eſſentie ipſuꝫ eſſe. Et qꝛ in illa ſimplicitate non eſt aliud ſapere quã eſſe: eadẽ ibi ſapientia que eſſentia.

Ea que patris ⁊ filij eſſentiaꝫ ſignificat non eſſe relatiua: quia quicquid ad ſe non ad aliquid dicitur ſimul ambo ſunt.

Capi. ij.

Pater igitur ⁊ filius ſimul vna eſſentia: ⁊ vna magitudo: ⁊ vna veritas: ⁊ vna ſapientia. Sed non pater ⁊ filius ſimul ambo vnuꝫ verbuꝫ: quia non ſimul ambo vnus filius. Sicut enim filius ad patreꝫ refertur: non ad ſeipſuꝫ dicitur. ita ⁊ verbuꝫ ad euꝫ cuius verbuꝫ eſt refertur: cuꝫ dicitur verbuꝫ. Eo quippe filius quo verbuꝫ ⁊ eo verbum quo filius. Quoniã igitur pater ⁊ filius ſimul nõ vtrqꝫ vnus filius: conſequens eſt: vt pater ⁊ filius ſimul non ambo vnuꝫ verbuꝫ. Et propterea non eo verbuꝫ quo ſapientia: quia verbum non ad ſe dicitur: ſed tantuꝫ relatiue ad euꝫ cuius verbuꝫ eſt: ſicut filius ad patreꝫ. Sapientia vero eo quo eſſentia. Et ideo quia vna eſſentia: vna ſapientia. Quoniaꝫ vero ⁊ verbuꝫ ſapientia eſt: ſed non eo verbuꝫ quo ſapientia. Verbuꝫ eniꝫ relatiue: ſapiẽtia eſſentialiter intelligitur: id dici accipimus cum dicitur verbuꝫ. ac ſi dicatur nata ſapientia: vt ſit ⁊ filius ⁊ imago. Et hec duo cuꝫ dicuntur. id eſt nata ſapientia in vno eorum eo ꝙ nata eſt ⁊ verbuꝫ ⁊ imago ⁊ filius intelligatur: ⁊ in his omnibus nominibus non oſtẽdatur eſſentia: qꝛ relatiue dicuntur. An in altero quod eſt ſapientiaꝫ quoniã: ⁊ ad ſe dicitur. ſeipſa eniꝫ ſapiens eſt: etiam eſſentia demõſtretur: ⁊ hoc eius eſſe quod ſapere. Vnde pater ⁊ filius ſimul vna ſapientia: quia vna eſſentia: ⁊ ſigillatiꝫ ſapientia de ſapientia: ſicut eſſentia de eſſentia. Quapropt non quia pater non eſt filius: ⁊ filius non eſt pater: aut ille ingenitus: ille autẽ genitus. ideo nõ vna eſſentia: quia his nominibus relatiua eoruꝫ oſtenduntur. Vterqꝫ auteꝫ ſimul vna ſapientia: ⁊ vna eſſentia: vbi hoc eſt eſſe quod ſapere. non auteꝫ ſimul vterqꝫ verbuꝫ aut filius: quia non hoc eſt eſſe quod verbũ: aut filiuꝫ eſſe: ſicut iaꝫ ſatis oſtendimus iſta relatiue dici.

De ſapientia a deo genita vel creata.

Capi. iij.

Cur ergo in ſcripturis nunqꝫ fere de ſapientia quicquã dicitur: niſi vt oſtẽdatur a deo genita vel creata: genita ſcilicet per quaꝫ facta ſunt omnia. creata vero vel facta: ſicut in hominibus cum ad eam que non creata ⁊ facta: ſed genita eſt conuertuntur ⁊ illuſtrãtur. In ipſis eniꝫ fit aliquid quod vocetur eoruꝫ ſapientia: vel illud ſcripturis prenunciantibus aut narrãtibus qꝺ verbuꝫ caro factuꝫ eſt ⁊ habitauit in nobis: Joh. j. hoc modo eniꝫ chriſtus facta ſapiẽtia eſt: qꝛ factus eſt homo. An propterea non loquitur in illis libris ſapientia: vel de illa dicitur aliquid: niſi ꝙ eam de deo natam oſtendat: aut factaꝫ: quãuis ſit ⁊ pater ipſe ſapientia: quia illa nobis ſapientia cõmendanda erat: ⁊ imi

unda: cuius imitatione formamur. Pater
enim eam dicit vt verbuȝ eius ſit: nō quomo
do profertur ex ore verbuȝ ſonans: aut ante
pronunciationeȝ cogitamur. Spacijs enim
tēporuȝ hoc cōpletur. illud auteȝ eternuȝ eſt:
⁊ illuminando dicit nobis: ⁊ de ſe ⁊ de patre
Mat. ij quod dicendum eſt hominibus. Jdeoqȝ ait.
Nemo nouit filiuȝ niſi pater: ⁊ nemo nouit
patrem niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuela
re: quia per filiuȝ reuelat pater. id eſt per ver
buȝ ſuum. Si enim hoc verbum quod nos
proferimus tēporale ⁊ tranſitorium: ⁊ ſeipſ̄ȝ
oſtendit: ⁊ illud de quo loquimur: quanto/
Joh. j. magis verbuȝ dei: per quod facta ſunt om/
nia: quod ita oſtendit patrem ſicuti eſt pater:
quia ⁊ ipſuȝ ita eſt: ⁊ hoc eſt quod pater ſecun
dum ꝙ ſapientia eſt: ⁊ eſſentia. nam ſecun/
dum ꝙ verbum: non hoc eſt quod pater: qꝛ
verbum non eſt pater: ⁊ verbum relatiue di
citur ſicut filius: quod vtiqȝ non pater. Et
ideo chriſtus virtus ⁊ ſapientia dei: quia de
patre virtute ⁊ ſapientia: etiam ipſe virtus: ⁊
ſapientia eſt. ſicut lumen dei patre lumine: ⁊
fons vite apud deum patrem: vtiqȝ fontem
Ps. 35 vite. Quoniaȝ apud te inquit propheta eſt
fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumē:
Joh. 5. quia ſicut pater habet vitam in ſemetipſo: ſic
dedit filio habere vitam in ſemetipſo. ⁊ erat
Jbidē j lumen verum quod illuminat omnem homi
nem venientem in hunc mundum: ⁊ lumen
hoc verbum erat apud deuȝ: ſed ⁊ deus erat
j. Joh. j verbuȝ. Deus auteȝ lumen eſt: ⁊ tenebre in
eo non ſunt vlle. lumen vero non corporale
ſed ſpiritale. Neqȝ ita ſpiritale vt illuminatio
ne factum ſit: quemadmodum dictuȝ eſt apo
Mat. 5 ſtolis. Vos eſtis lumen mundi: ſed lumen
quod illuminat omnem hominem. Ea ipſa:
⁊ ſūma ſapientia deus. vnde nunc agimus.
Sapientia vero filius de ſapientia patre: ſi/
cut lumen de lumine: ⁊ deus de deo: vt ⁊ ſin
gulus pater lumen: et ſingulus filius lumē:
et ſingulus pater deus: et ſingulus filius de
us. ergo et ſingulus pater ſapientia et ſingu
lus filius ſapientia. Et ſicut vtrunqȝ ſimul
vnuȝ lumen ⁊ vnus deus: ſic vtrunqȝ vna
j. Cor j ſapientia. Sed filius factus eſt nobis ſapien
tia a deo: ⁊ iuſtitia ⁊ ſanctificatio: quia tempo
poraliter nos ad illum conuertimur. id eſt ex
aliquo tempore: vt cuȝ illo maneamus ine/

ternuȝ. Et ipſe ex quodaȝ tempore verbum Joh. j.
caro factuȝ eſt: ⁊ habitauit in nobis. Pro/
pterea igitur cuȝ pronunciatur in ſcripturis
aut narratur aliquid de ſapientia ſiue dicen/
teȝ ipſa: ſiue cum de illa dicitur: filius nobis
potiſſimuȝ inſinuatur. Cuius imaginis exē
plo ⁊ nos nō deſcedamus a deo: quia et nos
imago dei ſumus. Non quidem equalis. fa
cta quippe a patre per filium: non nata de pa
tre: ſicut illa. Et nos quia illuminamur lumi
ne: illa vero quia lumen illuminans: et ideo
illa ſine exemplo nobis exempluȝ eſt. Neqȝ
enim imitatur precedenteȝ aliqueȝ ad patreȝ
a quo nunqȝ eſt omnino ſeparabilis: quia id
ipſum eſt quod ille de quo eſt. Nos auteȝ ni
tentes imitatur manenteȝ: et ſequimur ſtan/
tem. Et in ipſo ambulantes tendimus ad
ipſum: quia factus eſt nobis via temporalis
per humilitatē: que manſio nobis eterna eſt
per diuinitatem. Quoniā quippe ſpiritibus
mundis intellectualibus qui ſuperbia nō la/
pſi ſunt: in forma dei: et deo equalis et deus
prebet exempluȝ: vt ſe ideȝ exempluȝ redeun
di etiā lapſo preberet homini: qui propter i/
mundiciā peccatorū penāqȝ mortalitatis deū
videre non poterat: ſemetipſuȝ examinauit: Phi. 2
non mutando diuinitatem ſuam: ſed noſtraȝ
mutabilitatem aſſumendo: ⁊ formam ſerui
accipiens venit ad nos in hunc mundum: j. Thi. j
qui in hoc mundo erat: quia mundus per cū Joh. j.
factus eſt: vt exemplum ſurſum videntibus
deum: exemplum deorſum mirantibus ho/
minem. Exemplum ſanis ad permanendū:
exemplum infirmis ad conualeſcendum. ex
emplum morituris ad non timendum. exem
plum mortuis ad reſurgendum eſſe: in om/
nibus ipſe primatum tenens. Quia enim Colo. j
homo ad beatitudinem ſequi non debebat ni
ſi deum: et ſentire non poterat deum: ſequē
do deum hominem factum ſequeretur ſi/
mul: et quem ſentire poterat et queȝ ſequi de
beret. Amemus ergo eum et inhereamus il
li caritate diffuſa in cordibus noſtris per Ro. 5.
ſpiritum ſanctuȝ qui datus eſt nobis. Non
igitur miruȝ ſi propter exemplum quod no/
bis vt reformaremur ad imaginem dei pre/
bet imago equalis patri: cuȝ de ſapientia ſcri
ptura loquitur: de filio loquitur queȝ ſequi
mur viuēdo ſapienter: quāuis et pater ſit ſa

pietia ſicut lumen: ⁊ deus. Spiritus quoqꝫ ſanctus ſiue ſumma caritas vtrunqꝫ coniungens: noſqꝫ ſubiungēs. Quod ideo non in-
j. Jo. 4 digne dicitur quia ſcriptuꝫ eſt: deus caritas eſt: quomodo non eſt etiam ſapientia: cuꝫ ſit lumen: quoniam deus lumen eſt. ſiue ergo hoc modo ſiue alio modo eſſentia ſpūſſancti ſigillatim ac proprie nomināda eſt qm̄ deus eſt: vtiqꝫ lumen eſt. Et qm̄ lumen eſt: vtique ſapientia eſt. Deum aūt eſſe ſpūmſſanctum:
j. Cō. 3 ſcriptura clamat apud apoſtolum qui dicit. Neſcitis quia templum dei eſtis. ſtatimqꝫ ſubijcit: ⁊ ſpiritus dei habitat in vobis. Deus enim habitat in templo ſuo. Non enim tanqꝫ miniſter habitat ſpiritus dei in templo
j Cor. 6 dei. cum alio loco euidentius dicat: Neſcitis quia corpora veſtra templum in vobis eſt ſpirituſſancti queꝫ habetis a deo: eſt nō eſtis veſtri. empti enim eſtis precio magno. glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro. Quid eſt autem ſapientia niſi lumen ſpirituale ⁊ incōmutabile. Eſt enim ⁊ ſol iſte lumen ſed corporale eſt: ⁊ ſpiritalis creatura lumen ſed non incommutabile. Lumen ergo pater lumen filius: lumen ſpirituſſanctus. Simul autem non tria lumina: ſed vnum lumen. Et ideo ſapientia pater: ſapientia filius: ſapientia ſpirituſſanctus: ⁊ ſimul non tres ſapientie: ſed vna ſapientia. ⁊ quia hoc eſt ibi eſſe quod ſapere: vna eſſentia pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Nec aliud eſt ibi eſſe quam deum eſſe. Vnus ergo deus: pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus.

Quid vel a grecis vel a latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate.

Capitu. iiij.

i Taqꝫ loquēdi cauſa de ineffabilibus vt fari aliquo modo poſſimus qđ effari nullo modo poſſumus: dictuꝫ eſt a noſtris grecis vna eſſentia: tres ſubſtantie. a latinis aūt vna eſſentia vel ſubſtātia: tres perſone: quia ſicut iam diximus: nō aliter in ſermone noſtro. id eſt latino eſſentia qꝫ ſubſtantia ſolet intelligi. Et dū itelligaꝛ ſaltē i enigmate qđ dicitꝛ: placuit ita dici vt diceretꝛ aliqd cū quereretꝛ qd tria ſint: que tria eſſe fides vera pronunciat: cum ⁊ patrem non dicit eſſe filiuꝫ: ⁊ ſpiritūſanctum quod eſt donū dei nec patrem dicit eſſe nec filium. Cum ergo queritꝛ quid tria: vel qd tres: ꝯferimꝰ nos ad inveniendū aliquod ſpeciale vel generale nomen quo cōplectamur hec tria: neqꝫ occurrit aio qꝛ excedit ſupereminētia diuinitatis vſitati eloquij facultatem. Verius enim cogitaꝛ deus qꝫ dicitꝛ: ⁊ verius eſt qꝫ cogitaꝛ. Cum enim dicimus: non eundē eſſe iacob qui eſt abraaꝫ. iſaac aūt nec abraam eſſe nec iacob: tres eſſe vtiqꝫ fatemur abraā: iſaac: ⁊ iacob. Sed cum querit qd tres: reſpondemus tres homines nomine ſpeciali eos pluraliter appellantes: generali autē ſi dicamus tria animalia. homo enim ſicut veteres diffinierūt: animal eſt rationale: mortale. Aut ſicut ſcripture noſtre loqui ſolent: tres animas cum a parte meliore totuꝫ appellari placet. id eſt ab anima: cum corpus ⁊ anima ſit totus homo. Ita quippe dictum eſt in egyptum deſcendiſſe cum iacob animas ſeptuagintaquinqꝫ: pro tot hominibus. Item cuꝫ dicimus equū tuum non eum eſſe qui meus eſt: ⁊ tertium alicuius alterius: nec meum eſſe nec tuuꝫ: fatemur tres eſſe. Et interroganti quid tres reſpondemus tres equos nomine ſpeciali: generali aūt tria animalia. Itē cū dicimus bouem non eſſe equū: canem vero nec bouem eſſe nec equū: tria quedā dicimus. ⁊ percuntantibus quid tria: nō iā ſpeciali nomine dicimus tres equos: aut tres: boues: aut tres canes: quia nō eadem ſpecie cōtinentur: ſed generali tria animalia: ſiue ſuperiore genere tres ſubſtantias: vel tres creaturas: vel tres naturas. Quecunqꝫ autem plurali numero enunciantꝛ: ſpecialiter vno nomine: etiam generaliter enunciari poſſunt. Nō aūt oia que generaliter vno nomine appellantur: etiam ſpecialiter appellare vno nomine poſſumꝰ. Nā tres equos quod eſt nomen ſpeciale: etiam animalia tria dicimus. Equū vero ⁊ bouem: ⁊ canem: animalia tria tm̄ dicimus vel ſubſtantias que ſunt generalia nomina: ⁊ ſi qd aliud de his generaliter dici poteſt. Tres vero equos: aut boues: aut canes que ſpecialia vocabula ſunt: nō ea poſſumꝰ dicere. Ea qppe vno nomine qꝫuis pluraliter enunciamus: que cōiter habent illud qđ eo nomine ſignificatꝛ. Abraaꝫ qppe ⁊ iſaac: ⁊ iacob: cōe habent id qđ eſt homo. Itaqꝫ dicuntur tres homines. Equus quoqꝫ ⁊ bos ⁊ canis: cōmune habent id quod eſt animal. Dicuntur ergo tria animalia. Ita tres aliquas lau-

ros: etiã tres arbores dicimus: laurum ve/
ro ⁊ mirtum: ⁊ oleam: tantum tres arbores
vel tres ſubſtãtias: aut tres naturas. atqȝ ita
tres lapides: etiã tria corpora. lapidem vero
⁊ lignum ⁊ ferrũ: tñ tria corpora: vel ſi quo
etiã ſuperiore generali nomine dici poſſunt.
¶ Pater ergo ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus quo/
niaȝ tres ſunt: queramus quid tres ſunt: ⁊
quid cõmune habeant. Non eniȝ cõmune il
lis eſt id quod pater eſt: vt inuicem ſibi ſint
patres: ſicut amici: cum relatiue ad alterutrũ
dicantur: poſſunt dici tres amici ꝙ inuicem
ſibi ſunt. Non aũt hoc ibi: quia tantum pa/
ter ibi pater: nec duorum pater: ſed vnici fi/
lij. Nec tres filij: cum pater ibi non ſit filius
nec ſpiritusſanctus. Nec tres ſpiritusſancti:
quia ⁊ ſpiritusſanctus propria ſignificatione
qua etiam donum dei dicit̃ nec pater nec fili
us. Quid igitur tres. Si enim tres perſone
cõmune eſt eis id quod perſona eſt: ergo ſpe
ciale hoc: aut generale nomen eſt eis: ſi con
ſuetudinem loquendi reſpicimus. Sed vbi
eſt nature nulla diuerſitas: ita ibi generaliter
enunciantur aliqua plura vt etiam ſpecialiter
enunciari poſſint. Nature enim differentia
facit: vt laurus ⁊ mirtus: ⁊ olea: aut equus:
aut bos: aut canis. non dicantur ſpeciali no/
mine: iſte tres lauri: aut illi tres boues. ſed
generali: vt iſte tres arbores: ⁊ illa tria ani/
malia. Hic vero vbi nulla eſt eſſentie diuer
ſitas: oportet vt ſpeciale nomen habeant hec
tria: quod tamen non inuenitur. Nam per/
ſona generale nomen eſt: intantum vt etiam
homo poſſit hoc dici: cum tantum interſit in
ter hominem ⁊ deum. Deinde in ipſo gene
rali vocabulo: ſi propterea dicimus tres per
ſonas: quia cõmune eſt eis id quod perſona
eſt. Alioqn nullo modo poſſun ita dici quẽ/
admodum non dicuntur tres filij: quia non
commune eſt eis id quod eſt filius: cur non
etiam tres deos dicimus: certe eniȝ quia pa/
ter perſona: ⁊ filius perſona: ⁊ ſpiritusſctũs
pona: ideo tres perſone. Quia ergo pater
deus: ⁊ filius deus: ⁊ ſpiritusſanctus deus:
cur non tres dij. Aut quoniam propter inef
fabilem coniunctionem hec tria ſimul vnus
deus: cur non etiam vna perſona: vt ita non
poſſimus dicere tres perſonas: quãuis ſin/
gulam quãqȝ appellemus perſonam quẽad
modum non poſſumus dicere tres deos:
quãuis quẽqȝ ſingulum appellemus deuȝ:
ſiue patrem: ſiue filium: ſiue ſpiritũſanctum.
An quia ſcriptura non dicit tres deos: ſed
nec tres perſonas alicubi ſcripturam cõme/
morare inuenimus. An quia nec tres: nec
vnam peſonam ſcriptura dicit hec tria. Le/
gimus enim perſonam domini: non perſo/
nam dominum: propterea licuit loquendi ⁊
diſputandi neceſſitate tres ꝑſonas dicere. nõ
quia ſcriptura dicit: ſed qꝛ ſcriptura non con
tradicit. Si autem diceremu s tres deos:
contradiceret ſcriptura dicens. Audi iſrael: Deu. 6
dominus deus tuus deus vnus eſt. Cur er
go ⁊ tres eſſentias non licet dicere: quod ſi/
militer ſcriptura ſicut non dicit: ita nec con/
tradicit. Nam eſſentia ſi ſpeciale nomen eſt
cõmune tribus: cur non dicantur tres eſſen
tie: ſicut abraaȝ: iſaac: ⁊ iacob: tres homines
quia homo ſpeciale nomen eſt cõmune om/
nibus hominibus. Si autem ſpeciale no/
men non eſt eſſentia: ſed generale: quia ho/
mo ⁊ pecus: ⁊ arbor ⁊ ſidus: ⁊ angelus di/
citur eſſentia: cur nõ dicuntur iſte tres eſſen
tie: ſicut tres equi dicuntur tria animalia: et
tres lauri dicuntur tres arbores: ⁊ tres lapi
des tria corpora. Aut ſi propter vnitatẽ tri/
nitatis non dicuntur tres eſſentie: ſed vna
eſſentia: cur non propter eandem vnitatem
non dicuntur tres ſubſtantie: vel ꝑſone: ſed
vna ſubſtantia ⁊ vna ꝑſona. Quam eniȝ ẽ il
lis cõmune nomen eſſentie: ita vt ſingulus
quiſqȝ dicat̃ eſſentia: tam illis commune eſt
vel ſubſtantie vel ꝑſone vocabuluȝ. Quod
enim de ꝑſonis ſecundũ noſtrã: hoc de ſub/
ſtantijs ſecundũ grecoꝝ cõſuetudinẽ ea que
diximus oportet intelligi. Sic enim dicũt il
li tres ſubſtantias vnaȝ eſſentiam: quemad
moduȝ nos dicimus tres ꝑſonas vnã eſſen
tiam vel ſubſtantiã. Quid igit̃: reſtat: niſi vt
fateamur loquendi neceſſitate parta hec vo/
cabula: cum opus eſſet copioſa diſputatione
aduerſum inſidias vel errores hereticorũ:
Cũ enim conaret̃ humana inopia loqn̄do:
ꝓferre ad hominum ſenſus: qd̄ i ſecretario:
mentis ꝓ captu tenet: de domino deo creato
re ſuo: ſiue ꝑ piam fidẽ: ſiue ꝑ qualemcunqȝ
intelligentiã: timuit dicere tres eſſentias: ne
intelligeret̃ in illa ſumma equalitate vlla di/
uerſitas. Rurſus nõ eſſe tria quedã: nõ po/
terat dicere qd̄ ſabellius. quia dixit: in here/

ſim lapſus ē. Certiſſime quippe ⁊ de ſcriptu
ris cognoſcit qd̄ pie credendum eſt: ⁊ aſpec
tu mētis indubitata pceptione perſtringit: ⁊
patrem eſſe ⁊ filiuſ ⁊ ſpiritumſanctum: nec
eundem filium eſſe qui pater eſt: nec ſpiri
tumſanctum eundem patrem eſſe vel filiuꝫ.
Queſiuit quid tria diceret: ⁊ dixit ſubſtanti
as ſiue perſonas: quibus nominibus non
diuerſitatem intelligi voluit: ſed ſingulari
tatem noluit: vt non ſolum ibi vnitas intelli
gatur: ex eo ꝙ dicitur vna eſſentia. Sed et
trinitas: ex eo ꝙ dicuntur tres ſubſtātie vel
pſone. Nam ſi hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſte
re: ita non erant dicende tres ſubſtantie: vt
non dicuntur tres eſſentie: quemadmodum
quia ho ē deo eſſe qd̄ ſapere: ſicut non tres
eſſentias: ita nec tres ſapiētias dicim⁹. Sic
eniꝫ quia hoc illi eſt deum eſſe quod eſt eſſe:
tam tres eſſentias ꝗ̄ tres deos dici fas non
eſt: Si autem aliud eſt deo eſſe: aliud ſubſi
ſtere: ſicut aliud deo eſſe: aliud patrem eſſe
vel dominum eſſe. quod enim eſt ad ſe di
citur. pater autem ad filium: ⁊ dominus
ad ſeruientem creaturam dicitur: relatiue er
go ſubſiſtit: ſicut relatiue gignit: ⁊ relatiue
dominatur. Ita iam ſubſtantia non erit ſub
ſtantia: quia relatiuum erit. Sicut enim ab
eo qd̄ eſt eſſe appellatur eſſentia: ita ab eo qd̄
eſt ſubſiſtere ſubſtantiam dicimus. Abſur
dum eſt autem: vt ſubſtantia relatiue dicat.
Omnis enim res ad ſeipſaꝫ ſubſiſtit: quāto
magis deus. Si tamen dignum ē: vt deus
dicatur ſubſiſtere.

De ſubſtantia ⁊ eſſentia.

Capitulum. v.

DE his enim rebus recte intelligitur:
in quibus ſubiectis: ſunt ea que in ali
quo ſubiecto eſſe dicuntur: ſicut color
aut forma in corpore. Corpus enim ſub
ſiſtit: ⁊ ideo ſubſtantia eſt. Illa vero in ſub
ſiſtente atqꝫ ſubiecto corpore: que non ſub
ſtantie ſunt: ſed in ſubſtantia. ⁊ ideo ſi eſſe de
ſinat: vel ille color. vel illa forma: non adi
munt corpori eſſe corpus: quia non hoc ei ē
eſſe: quod illam vel illam formam coloreꝫ ve
retinere. Res vero mutabiles neqꝫ ſimpli
ces proprie dicuntur ſubſtantie. Deus au
tem ſi ſubſiſtit vt ſubſtantia proprie dici poſ
ſit: ineſt in eo aliquid tanqꝫ in ſubiecto: et
non eſt ſimplex: cui hoc ſit eſſe quod illi eſt.
⁊ quicquid aliud de illo ad illum dicitur: ſi
cut magnus: omnipotens: bonus: ⁊ ſi quid
huiuſmodi de deo nō incōgrue dicitur. Ne
fas eſt autem dicere vt ſubſiſtat: ⁊ ſubſit de
us bonitati ſue atqꝫ illa bonitas non ſubſtan
tia ſit vel potius eſſentia: neqꝫ ipſe deus ſit
bonitas ſua: ſed in illo ſit tanqꝫ in ſubiecto.
Unde manifeſtum eſt deuꝫ abuſiue ſubſtā
tiam vocari: vt nomine vſitatiore intelliga
tur eſſentia: quod vere ⁊ proprie dicitur: ita
vt fortaſſe ſolum deum dici oporteat eſſenti
am. Eſt eniꝫ vere ſolus: qui incōmutabilis
eſt: idqꝫ nomen ſuuꝫ famulo ſuo moyſi enū
tiauit: cum ait: Ego ſum qui ſum: Et dices Exo. 3
ad eos: qui eſt miſit me ad vos. Sed tamen
ſiue eſſentia dicatur quod proprie dicitur:
ſiue ſubſtantia quod abuſiue: vtrunqꝫ ad ſe
dicitur: non relatiue ad aliquid. Unde hoc
ē deo eſſe quod ſubſiſtere. ⁊ ideo ſi vna eſſen
tia trinitas: vna etiam ſubſtātia fortaſſis igi
tur cōmodius dicuntur tres perſone: ꝗ̄ tres
ſubſtantie.

De tribus perſonis vnius eſſentie.

Capitu. vj.

SEd ne vobis videar ſuffragari: hoc
quoqꝫ requiramus. Quanqꝫ ⁊ illi ſūt
vellent ſicut dicunt tres ſubſtantias:
tres hypoſtaſes: poſſent dicere tres perſo
nas. tria proſopa. Illud autem maluerunt:
quod forte ſecundum lingue ſue conſuetudi
nem aptius diceretur. Namqꝫ ⁊ i perſonis
eadē ratio eſt. Non enim aliud eſt deo eſſe:
aliud perſonā eſſe: ſed omnino idem. Nam
ſi eſſe ad ſe dicitur: perſona vero relatiue: ſic
dicamus tres perſonas patrem ⁊ filiuꝫ ⁊ ſpi
ritumſanctū: quemadmodum dicuntur ali
qui tres amici: aut tres propinqui: aut tres
vicini: ꝙ ſint ad inuicem: non ꝙ vnuſquiſqꝫ
eorum ſit ad ſeipſum. Quapropter quilibet
ex eis amicus eſt duorū ceterorum: aut pro
pinquus: aut vicinus: quia hec nomina re
latiuam ſignificationem habent. Quid er
go non placet vt dicamus patreꝫ perſonam
eſſe filij: ⁊ ſpiritusſancti: aut filium perſonaꝫ
eſſe patris ⁊ ſpiritusſancti: aut ſpiritumſanc
tuꝫ perſonam eſſe patris ⁊ filij: Sed neqꝫ p
ſona ita dici alicubi ſolet: neqꝫ in hac trinita
te cum dicimus perſonam patris: aliud di

cimus ꝙ̄ ſubſtantiam patris. Quo circa vt
ſubſtantia patris ipſe pater eſt: nō quo pater
eſt. ſed quo eſt. ita ⁊ pſona patris: non aliud
ꝙ̄ ipſe pater eſt. ad ſe quippe dicitur perſo/
na: non ad filium: vel ſpiritumſanctum. ſi
cut ad ſe dicitur deus: ⁊ magnus: ⁊ bonus:
⁊ iuſtus: ⁊ ſi quid aliud huiuſmodi. Et quē/
admodū hoc illi eſt eſſe ꝙ deum eſſe: ꝙ ma
gnū: ꝙ bonum eſſe. ita hoc illi ē eſſe: ꝙ per
ſonam eſſe. Cur ergo nō hec tria ſimul vnā
pſonam dicimus: ſicut vnam eſſentiā ⁊ vnū
deum. ſed tres dicimus perſonas: cum tres
deos: aut tres eſſentias nō dicamus: niſi qꝛ
volumus: vel vnū aliquod vocabulum ſer/
uire huic ſignificationi qua intelligitur tri/
nitas: ne omnino taceremus interroganti:
quid tres: cum tres eſſe fateremur: Nam ſi
genus eſt eſſentia. ſpecies autem ſubſtantia
ſiue perſona: vt nonnulli ſentiunt: omitto il
lud quod iam dixi: oportere appellare tres
eſſentias: vt appellantur tres ſubſtantie vel
perſone. ſicut appellātur tres equi eademqꝫ
animalia tria: cum ſit ſpecies equus: animal
genus. Neqꝫ enim ſpecies ibi pluraliter
dicta eſt: ⁊ genus ſingulariter: tanꝗ̄ dicere
tur tres equi vnū animal. ſed ſicut tres equi
ſpeciali nomine: ita tria animalia generali
nomine. Quod ſi dicunt ſubſtantie vel p/
ſone nomine non ſpeciem ſignificari: ſed ali
quid ſingulare atqꝫ indiuiduum: vt ſubſtā/
tia vel perſona: nō ita dicat̃ ſicut dicit̃ homo
quod cōmune eſt omnibus hominibus. Sꝫ
quomodo dicitur hic homo. velut abraam:
velut iſaac: velut iacob: vel ſi quis alius qui
etiam digito preſens demonſtrari poſſit: ſic
quoqꝫ illos eadē ratio ꝯſequet̃. Sicut enim
dicuntur abraam: iſaac ⁊ iacob tria indiui/
dua ita tres homines: ⁊ tres anime. Cur er
go pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus: ſi ſecūdū
genus ⁊ ſpeciem ⁊ indiuiduū etiā iſta diſſeri
mus: non ita dicuntur tres eſſentie vt tres
ſubſtantie ſeu perſone: ſed hec vt dixi omit/
to. Illud dico: ſi eſſentia genus eſt: vna eſ/
ſentia iam non habet ſpecies. ſicut quia ge/
nus eſt animal: vnū animal iam nō habet
ſpecies. Non ſunt ergo tres ſpecies vnius
eſſentie: pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Si
autē ſpecies eſt eſſentia: ſicut ſpecies eſt ho/
mo. tres vero ille quas appellamus ſubſtan
tias ſiue perſonas. ſic eandem ſpeciē cōmu/
niter habent: quemadmodū abraam ⁊ iſaac
⁊ iacob. ſpeciem que homo dicitur commu/
niter habent. nō ſicut homo ſubdiuiditur in
abraam: iſaac: ⁊ iacob. ita vnus homo ⁊ in
aliquos ſingulos homines ſubdiuidi poteſt.
oīno enim non poteſt: quia vnus homo iam
ſingulus homo eſt. Cur ergo vna eſſentia
in tres ſubſtantias vel perſonas ſubdiuidi/
tur. Nam ſi eſſentia ſpecies eſt ſicut homo:
ſic eſt vna eſſentia ſicut vnus homo: an ſicut
dicimus aliquos tres homines eiuſdem ſe/
xus: eiuſdē tēperatiōis corporis: eiuſdemqꝫ
animi vnā eſſe naturā. tres enī ſunt homi
nes: ſed vna natura. Sic etiam ibi dicimus
tres ſubſtantias vnā eſſentiā: aut tres perſo
nas vnā ſubſtātiā vel eſſentiā. Hoc vero
vtcunqꝫ ſimile eſt: quia ⁊ veteres qui latine
locuti ſunt: antequā haberent iſta nomina:
que non diu eſt vt in vſum venerunt. id eſt
eſſentiam vel ſubſtantiā pro his naturā di
cebant. Nō itaqꝫ ſecundū genus ⁊ ſpecies
iſta dicimus: ſed quaſi ſecundū cōmunē ean
demqꝫ materiem. Sicut ex eodem auro ſi fie/
rent tres ſtatue: diceremus tres ſtatuas vnū
aurum. nec tamen diceremus genus aurū:
ſpecies autē ſtatuas. nec aurum ſpeciem: ſta
tuas vero indiuidua. Nulla quippe ſpecies
indiuidua ſua tranſgreditur: vt aliquid ex/
tra comprehendat. Cū enī diffiniero quid
ſit homo: quod eſt nomen ſpeciale: ſinguli
quiqꝫ homines qui ſunt indiuidua eadem
diffinitiōe cōtinent̃: nec aliquid ad eā perti/
net quod homo non ſit. Cum vero aurū dif
finiero: nō ſole ſtatue ſi auree fuerint: ſed et
anuli: ⁊ ſi quid aliud de auro fuerit ad aurum
pertinebit: ⁊ ſi nihil inde fiat: aurum dicitur
qꝛ etiā ſi nō ſint auree: nō ideo nō erunt ſta/
tue. Item nulla ſpecies excedit diffinitionē
generis ſui. Cum enim diffiniero animal:
quoniā generis huius ſpecies eſt equus: om
nis equus animal eſt: nō autē ſtatua ois au
rum eſt. Ideo quāuis in tribus ſtatuis aure
is: recte dicamus tres ſtatuas vnum aurū:
non tamē ita dicimus vt genus aurum: ſpe/
cies vero ſtatuas intelligamus. Nec ſic er/
go trinitatē dicimus tres perſonas vel ſub/
ſtantias: vnam eſſentiam ⁊ vnum deum: tā
quā ex vna materia tria quedā ſubſiſtāt: etiā
ſi quicquid illud eſt: in his tribus explicatum
ſit. Non enim aliquid aliud eius eſſentie eſt:

preter istã trinitatem: tamen tres personas
eiusdẽ essentie vel tres personas vnã essen
tiam dicimus. tres autẽ personas ex eadẽ
essentia nõ dicimus: quasi aliud ibi sit quod
essentia est: aliud quod persona. sicut tres
statuas ex eodẽ auro possumus dicere. Ali
ud enĩ illic est esse aurũ: aliud esse statuas.
Et cũ dicuntur tres homines vna natura:
vel tres homines eiusdẽ nature possunt etiã
dici tres homines ex eadem natura: quia ex
eadẽ natura: ⁊ alij tres homines possunt exi
stere. In illa vero essentia trinitatis: nullo mõ
alia quelibet ꝑsona ex eadẽ essentia potest existe
re. Deinde in his rebus non tantũ est vnus
homo: quantũ tres homines simul. Et plus
sunt aliquid homines duo: quã vnus homo.
Et in statuis equalibus plus auri est tres si
mul: quã singule statue. ⁊ minus auri est vna
quã due. At in deo nõ ita est. Nõ enĩ maior
essentia est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus si
mul quã solus pater aut filius. Sed tres simul
ille substantie siue ꝑsone si ita dicende sunt:
equales sunt singulis: quod animalis homo
non percipit. Non enim potest cogitare nisi
moles ⁊ spacia: vel minuta vel grandia voli
tantibus ĩ animo eius phãtasmatibus: tanquã
imaginibus corporũ. Ex qua immunditia do
nec purget: credat in patrem ⁊ filium ⁊ spiri
tumsanctum: vnũ deum: solum: magnum
omnipotentẽ: bonũ: iustum: misericordẽ:
omnium visibiliũ ⁊ inuisibiliũ cõditorem.
⁊ quicquid de illo ꝓ humana facultate digne
vereq; dici potest. Neq; cũ audierit patrem
solum deũ: separet inde filium: aut spiritum
sanctũ. Cum eo quippe solus deus: cũ quo ⁊
vnus deus ẽ: quia ⁊ filiũ cũ audimus solũ deũ
sine vlla separatione patris aut spiritus san
cti oportet accipere: atq; ita dicat vnã essen
tiã: vt nõ existimet aliud alio vel maius vel
melius: vel ex aliqua parte diuersum. Non
tamẽ vt pater ipse sit ⁊ filius ⁊ spũssanctus: ⁊
quicqd aliud ad alterutrũ singula dicuntur.
sicut verbũ quod non dicit nisi filius: aut do
nũ qd non dicit nisi spiritussanctus. ꝓpter
quod etiam pluralẽ numerum admittunt: si
Joh. jo cut in euangelio scriptũ est: Ego ⁊ pater vnũ
sumus. Et vnum dixit: ⁊ sumus. Vnũ se
cundũ essentiam qd idẽ deus. sumus secun
dum relatiuũ: quod ille pater: hic filius. Ali
quando ⁊ tacetur vnitas essentie: ⁊ sola plu

raliter relatiua cõmemorantur. Veniemus ibi. 14
ad eũ ego ⁊ pater: ⁊ habitabimus apud eũ.
Veniemus ⁊ habitabimus pluralis nume
rus est: quia ꝑdictũ ẽ: Ego ⁊ pater. id ẽ pater
⁊ filius: que relatiue ad inuicẽ dicunt. Ali
quãdo latenter omnino. sicut ĩ genesi: Faci Gen. j
amus hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinẽ
nostrã. Et faciamus: ⁊ nostrã: pluraliter di
ctũ est: ⁊ nisi ex relatiuis accipi nõ põt. Non
enim vt facerent dij: aut ad imaginẽ ⁊ simili
tudinem deorũ: sed vt facerent pater ⁊ filius
⁊ spũssanctus ad imaginẽ patris ⁊ filij ⁊ spi
ritussancti: vt subsisteret homo imago dei.
Deus autem trinitas. Sed quia non omni
no equalis fiebat illa imago dei: tanquã non
ab illo nata: sed ab eo creata. Huius rei sig
nificande causa ita imago est: vt ad imaginẽ
sit. id est non equatur parilitate: sed quadam
similitudine accedit. Non enim locorũ inter
uallis: sed similitudine acceditur ad deum: ⁊
dissimilitudine receditur ab eo. Sunt enĩ
qui ita distinguunt vt imaginem velint esse
filium. hominem vero non imaginem: sed
ad imaginẽ. Refellit autẽ eos apostolus di
cens: Vir quidem non debet velare caput: j Co. ij
cũ sit imago ⁊ gloria dei. Non dixit ad ima
ginem: sed imago. Que tamen imago cum
alibi dicitur: Ad imaginem: non quasi ad fi Gen. j
lium dicit: que imago equalis est patri: alio
quin non diceret ad imginẽ nostram. Quo
modo enim nostram: cum filius solius pa
tris imago sit. Sed propter imparem vt di
ximus similitudinẽ: dictus est homo ad ima
ginem. ⁊ ideo nostrã. vt imago trinitatis es
set homo: nõ trinitati equalis sicut filius pa
tri: sed accedens vt dictum est quadam simi
litudine. sicut in distantibus significatur que
dam vicinitas: non loci: sed cuiusdam imita
tionis. Ad hoc enim eis ⁊ dicitur: Refor Ro. j2
mamini in nouitate mentis vestre. Quibus
item dicit: Estote itaq; imitatores dei sicut Eph. 5
filij carissimi. Nouo enim homini dicitur: Colo. 3
Qui renouatur in agnitionẽ dei: secundũ
imaginẽ eius qui creauit eum. Aut si iã pla
cet ꝓpter disputandi necessitatem: etiam ex
ceptis nominibus relatiuis: pluralẽ nume
rũ admittere: vt vno nomine respondeat:
cũ queritur: quod tria: ⁊ dicere tres substan
tias: siue tres personas. nulle moles aut in
terualla cogitentur: nulla distantia quantu

ecunq; diſſimilitudinis: aut vt intelligatur aliud alio vel paulo minus quocunq; modo minus eſſe aliud alio poteſt: vt neq; perſonaruʒ ſit confuſio: nec talis diſtinctio qua ſit impar aliquid. Quod ſi intellectu capi nō pōt: fide teneatur: donec illuceſcat in cordibus ille: qui ait per prophetam. Niſi credideritis nō intelligetis.

Explicit liber ſeptimus.

Incipiūt capitula libri octaui.

i De indifferēti magnitudine trinitatis in qua nō eſt plus ipſa trinitas ſimul quā ſingula queq; perſona.

ij Quod de eſſentia veritatis que eſt trinitas deus: nihil corporeū neq; mutabile debeat cogitari.

iij De vero ⁊ ſūmo ⁊ vno bono.

iiij De dilectiōe in deū per fidē.

v De ſacramēto incarnatiōis dñi: ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu chriſti.

vi Quid in ſanctis quos nō vidimus diligamus.

vij De vera dilectiōe.

viij Quod qui fratrē diligit deū diligat: q amat ⁊ ipaʒ dilectionē que ex deo ⁊ deus eſt.

ix Quod ex ea forma qua diligitur iuſtus: diligatur deus: quia nō poteſt ea que dilectionē excitat forma nō diligi: eadēq; eſt deus: q2 deus caritas eſt.

x De amāte ⁊ quod amatur ⁊ amore.

Aurelij auguſtini proemiū in librū. viij.

D Iximus alibi ea dici proprie in illa trinitate diſtincte ad ſingulas perſonas pertinētia: que relatiue dicūtur ad inuicē: ſicut pater ⁊ filius ⁊ vtriuſq; donū ſpiritusſanctus. Nō eni pater trinitas: aut filius trinitas: aut trinitas donum. Quod vero ad ſe dicūtur ſinguli: nō dici pluraliter tres: ſed vnā ipaʒ trinitatē: ſicut deus pater: deus filius: deus ſpiritusſanctus. Et dñs pater: dñs filius: dñs ſpiritusſanctus. Et omnipotēs pater: oīpotens filius: oīpotēs ſpiritusſanctus. Nec tñ tres dij: aut tres dñi: aut tres oīpotentes. Sed vnus deus: dominus: oīpotēs: ipſa trinitas: ⁊ quicquid aliud: nō ad inuicē relatiue: ſed ad ſe ſinguli dicūtur. Hoc eniʒ ſecundū eſſentiaʒ dicūtur quia hoc eſt ibi eſſe: ꝙ magnū eſſe: ꝙ bonū: ꝙ ſapientē eſſe: ⁊ quicquid aliud ad ſe vnaqueq; ibi perſona: vel ipſa trinitas dicitur. Ideoq; dici tres perſonas: vel tres ſubſtātias: nō vt aliqua itelligatur diuerſitas eſſentie: ſed vt vel vno aliquo vocabulo reſpōderi poſſit: cū dicitur quid tres: vel quid tria: tātāq; eſſe equalitatē in ea trinitate: vt non ſolū pater nō ſit maior quā filius: quod attinet ad diuinitatē: ſed nec pater ⁊ filius ſimul maius aliquid ſint quā ſpiritusſanctus: aut ſingula queq; perſona quelibet triū: minus aliqd ſit quā ipſa trinitas. Dicta ſunt hec: ⁊ ſi ſepius verſando repetantur: familiarius quidē inoteſcunt. Sed ⁊ modus aliquis adhibēdus ē: deoq; ſupplicandū deuotiſſima pietate: vt intellectū aperiat: ⁊ ſtudiū cōtentiōnis aſſumat quo poſſit mente cerni eſſentia veritatis: ſine vlla mole: ſine vlla mobilitate. Nūc itaq; in quantū ipſe adiuuat creator mire miſericors: attendamus hec que modo tā interiora quā ſuperiora tractabimus: cū ſit eadē ſeruata illa regula: vt quod intellectui noſtro nō dū eluxerit: a firmitate fidei nō dimittatur.

De indifferenti magnitudine trinitatis in qua non eſt plus ipſa trinitas ſimul quā ſingula queq; perſona.

Capi. primū.

D Icimus eniʒ non eſſe in hac trinitate maius aliquid duas aut tres perſonas quā vnā earū: qđ nō capit cōſuetudo carnalis: nō ob aliud niſi: quia vera que creata ſunt ſentit vt poteſt: veritateʒ autē ipſā qua creata ſunt nō poteſt intueri. Nā ſi poſſet: nullo modo eſſet lux iſta corporea māifeſtior quā hoc quod diximus. In ſubſtantia quippe veritatis: quoniā ſola vera eſt: nō eſt maior aliqua: niſi que verius eſt. Quicquid autē intelligibile atq; incōmutabile eſt: nō aliud alio verius eſt: q2 eque incomutabiliter eternuʒ eſt. Nec quod ibi magnū dicitur: aliūde magnū eſt: quā eo quod vere eſt. Quapropter vbi magnitudo ipſa veritas eſt: quicquid plus habet magnitudinis: neceſſe eſt vt plus habeat veritatis. Quicquid ergo plus veritatis nō habet: nō habet plus etiā magnitudinis. Porro qcqd

plus habet veritatis: pfecto verius eſt: ſicut maius ē qđ plus habet magnitudinis: hoc ergo ibi eſt maius qđ verius. Non autē verius ē pater ⁊ filius ſimul: q̄ȝ ſingulus pater: aut ſingulus filius. Nō igitur maius aliqd vtrūqȝ ſimul: q̄ȝ ſingulū eorū. Et qm̄ eque vere ē etiā ſpiritusſanctus: nec pater ⁊ filius ſimul: maius aliquid eſt q̄ȝ ipſe: qꝛ nec verius ē. Pater quoqȝ ⁊ ſpiritusſanctus ſimul: qm̄ veritate nō ſuperant filiuȝ. Nō enim verius ſunt: nec magnitudine ſuperant. Atqȝ ita filius ⁊ ſpiritusſanctus ſimul: tam magnum aliquid ſunt: q̄ȝ pater ſolus: qꝛ tam vere ſunt. Sic ⁊ ipſa trinitas taȝ magnum eſt: q̄ȝ vnaqueq̄ȝ ibi pſona. Nō eniȝ ibi maior ē que verior nō eſt: vbi eſt ipſa veritas magnitudo. Quia in eſſentia veritatis: hoc eſt veꝝ eſſe qđ eſt eſſe: ⁊ hoc eſt eſſe qđ eſt magnū eſſe. hoc ergo magnū eſſe: qđ veruȝ eſſe. Qđ igitur ibi eque veruȝ eſt: etiam eque magnum ſit: neceſſe eſt.

Qđ de eſſentia veritatis q̄ ē trinitas deꝰ nihil corporeū neqȝ mutabile debeat cogitari. Capi. ij.

In corporibus autem fieri poteſt: vt eque verum ſit hoc aurū atqȝ illud: ſed maius hoc ſit q̄ȝ illud: qꝛ non eadem ibi eſt magnitudo que veritas. Aliudqȝ illi eſt aureȝ eſſe: aliud magnū eſſe. Sic ⁊ in animi natura: ſecundū qꝫ dicitur magnus animus non ſecundum hoc dicitur verus animus. Animū enim veruȝ habet etiam q nō ē magnanimus: quādo qdeȝ corporis ⁊ animi eſſentia: nō eſt ipſius veritatis eſſentia: ſicut eſt trinitas deus vnus: ſolus: magnus: verus: verax: veritas. Quē ſi cogitare conamur quantū ſinit ⁊ donat: nullus cogitetur p locorū ſpacia contactus aut complexus. quaſi triuȝ corporum nulla cōpago iunctu/re: ſicut tricorporē geryonē fabubule ferūt: ſȝ quicqd animo tale occurrerit: vt maius ſit i tribꝰ q̄ȝ i ſingulis: minuſqȝ in vno q̄ȝ i duobus: ſine vlla dubitatione reſpuatur. Ita eniȝ reſpuitur eſſe corporeuȝ. In ſpiritalibus autē: omne mutabile qđ occurrerit nō putetur deꝰ. Nō enim parue noticie pars eſt: cuȝ de profundo iſto in illā ſummitatem reſpiramus: ſi anteq̄ȝ ſcire poſſumus quid ſit deus: poſſumus iā ſcire quid nō ſit. Non eſt enim certe nec terra: nec celū: nec quaſi terra ⁊ celū: nec tale aliqd quale videmus i celo: nec quicquid tale nō videmus: ⁊ eſt fortaſſis in celo. Nec ſi augeas imaginatiōe cogitatiōis luceȝ ſolis quantū potes: ſiue quo ſit maior: ſiue quo ſit clarior: millies tantum: aut innumerabiliter: neqȝ hoc eſt deus. Nec ſicut cogitantur angeli mūdi ſpiritus celeſtia corpora inſpirantes: atqȝ ad arbitriuȝ quo ſeruiunt deo nutantes: atqȝ verſantes: nec ſi oēs cum ſint milia milium in vnū collati: vnus fiant. nec tale aliqd deus ē. Nec ſi eoſdē ſpiritus ſine corporibꝰ cogites: qđ quidem carnali cogitationi difficillimū ē. Ecce vide ſi potes O aīa pgrauata corpore qđ corrumpitur: ⁊ onuſta terrenis cogitationibus multis ⁊ varijs: ecce vide ſi potes: deus veritas eſt. Hoc eniȝ ſcriptū ē:
Quoniā deus lux eſt. non quō iſti oculi vi/ j. Jo. j.
dent: ſed quō videt cor: cū audit veritas eſt. Noli querere qd ſit veritas: ſtatiȝ enim ſe opponūt caligines imaginū corporalium: ⁊ nubila phātaſmatū: ⁊ pturbabunt ſerenitatem: que primo ictu diluxit tibi: cū dicerē veritas. Ecce i ipſo primo ictu: quo velut coruſcatione perſtringeris: cū dicitur veritas. Mane ſi potes: ſed nō potes. Relaberis in iſta ſolita atqȝ terrena. Quo tandē pondere queſo relaberis niſi ſordiuȝ contractaruȝ cupiditatis viſco ⁊ peregrinationis erroribus.

De vero ſummo et vno bono. Capitu. iij.

Ecce iterum vide ſi potes. Nō amas certe niſi bonuȝ: quia bona eſt terra altitudine montiū ⁊ temperamento collium: ⁊ planicie camporū: ⁊ bonuȝ pdium. amenū ⁊ fertile: ⁊ bona domꝰ: paribus mēbris diſpoſita: ⁊ āpla: ⁊ lucida: ⁊ bōa animalia animata corpora: ⁊ bonus aer modeſtus ⁊ ſalubris: ⁊ bonus cibus ſuauis atqȝ aptus valitudini: ⁊ bona valitudo ſine doloribus ⁊ laſſitudine: ⁊ bona facies hominis dimenſa pariliter ⁊ affecta hilariter ⁊ luculenter colorata. Et bonus animus amici conſenſionis dulcedine ⁊ amoris fide. Et bonꝰ vir iuſtꝰ: ⁊ bone diuitie: qꝛ facile expediunt. Et bonū celuȝ cum ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ſuis. Et boni angeli. ſancta obediētia. Et bona locutio ſuauiter docens: ⁊ congruenter monens audientem. Et bonū carmen: canorū numeris: ⁊ ſententijs graue. Quid plura ⁊ plura: Bo/

nū hoc: ⁊ bonū illud. Tolle hoc ⁊ illud: ⁊ vi/
de ipſum bonum ſi potes: ita deum videbis.
Non alio bono bonum: ſed bonum omnis
boni. Neq; enim in his omnibus vel que cō
memoraui: vel que alia cernunt̄ ſiue cogitan
tur: diceremus aliud alio melius cū vere iu
dicamus: niſi eſſet nobis impreſſa notio ipſi
us boni: ſecūdum ꝙ ⁊ ꝓbaremus aliquid:
⁊ aliud alij preponeremus. Sic amādus de
us: nō hoc ⁊ illud bonū: ſ; ipſū bonū. Que
rendū enim bonū anime: nō cui ſupuolitet
iudicando: ſed cui hereat amando. Et qd
hoc niſi deus. Nō bonus animus: aut bon⁹
angelus: aut bonū celū: ſed bonū bonū. Sic
enim forte facilius aduertit̄: quid velim dice
re. Cū enī audio: verbi gratia: ꝙ dicit̄ aius
bonus: ſicut duo verba ſunt: ita ex eis verbis
duo quedā intelligo. Aliud quo animus eſt:
aliud quo bonus. Et quidē vt animus eſſet:
nō egit ipſe aliqd. Nō enim iā erat: qui age
ret vt eſſet. Ut aūt ſit bonus animus: video
agendū eſſe voluntate. non quia idipſū quo
animus eſt: nō eſt aliquid boni. Nam vnde
iam dicitur ⁊ veriſſime dicitur corpore me/
lior: ſed ideo nondū dicit̄ bonus animus: qꝛ
reſtat ei actio voluntatis: qua ſit preſtantior:
quā ſi neglexerit: iure culpatur: recteq; dicit̄
nō bonus animus. Diſtat enim ab eo q hoc
agit. Et quia ille laudabilis: profecto iſte qui
hoc nō agit vituperabilis eſt. Cū vero agit
hoc ſtudio: ⁊ fit bonus animus: niſi ſe ad ali/
quid ꝯuertat quod ipſe nō eſt: nō poteſt hoc
aſſequi. Quo ſe aūt ꝯuertit vt fiat bonus ani
mus: niſi ad bonū: cū hoc amat ⁊ appetit: et
adipiſcitur. Unde ſi rurſus ſe auertat: fiatq;
nō bonus: hoc ipſo ꝙ ſe auertit a bono: niſi
maneat in ſe illud bonū vnde ſe auertit: nō
eſt quo ſe iterum ſi voluerit emendare cōuer
tat. Quapropter nulla eſſent mutabilia bona
niſi eſſet incōmutabile bonum. Cum itaque
audis bonum hoc ⁊ bonū illud: que poſſunt
alias dici etiam nō bona: ſi potueris ſine il/
lis que participatione boni bona ſunt: perſpi
cere ipſum bonum: cuius participatione bo/
na ſunt. ſimul enī ⁊ ipſum intelligis cum au
dis hoc aut illud bonum. Si ergo potueris:
illis detractis p ſe ipſum perſpicere bonū: p/
ſpexeris deū: Et ſi amore inheſeris: cōtinuo
beatificaberis. Pudeat aūt cū alia nō amen
tur: niſi qꝛ bona ſunt: eis inherendo nō ama
re bonū ipſum: vnde bona ſunt. Illud etiam
qd̄ animus tantū qꝛ eſt animus: etiā nōdū co
modo bonus quo ſe ꝯuertit ad incōmutabile
bonū: ſed vt dixi tantū animus: cū ita nobis
placet vt eū omni etiā luci corporee cū bene
intelligimus preferamus: nō in ſeipſo nobis
placet: ſed in illa arte qua fact⁹ eſt. Inde enī
approbat̄ factus vbi videt̄ fuiſſe faciendus:
hec eſt veritas: ⁊ ſimplex bonum. Nō enim
eſt aliud aliqd ꝙ ipſū bonū: ac p hoc etiā ſū/
mū bonū. Non enim minui vel augeri bo/
nū poteſt: niſi qd̄ ex alio bono bonū eſt. Ad
hoc ſe igit̄ animus fit. Tūc ergo volūtas na/
ture cōgruit vt pficiat̄ in bono animus: cum
illud bonū diligit̄ conuerſione volūtatis: vn
de eſt ⁊ illud qd̄ nō amittit̄: nec auerſione vo
lūtatis. Auertendo enī ſeſe a ſummo bono
amittit animus vt ſit bonus animus: nō aūt
amittit vt ſit animus: cū ⁊ hoc iā bonū ſit cor
pore melius. hoc ergo amittit voluntas: qd̄
voluntas adipiſcit̄. Jam enī erat animus q
cōuerti ad id vellet a quo erat. Qui autē vel
let eſſe anteq; eſſet: nondū erat. ⁊ hoc eſt bo/
nū noſtrum vbi videmus vtrū eſſe debue
rit aut debeat quicquid eſſe debuiſſe: aut de/
bere comprehendimus: ⁊ vbi videmus eſſe
non potuiſſe niſi eſſe debuiſſet: quicquid etiā
quomō eſſe debuerit cōprehendimus. Hoc Act. 17
ergo bonum non longe poſitum eſt ab vno/
quoq; noſtrum. In illo enim viuimus: mo
uemur: ⁊ ſumus.

De dilectione in deum per fidem.
Capitulū. iiij.

Sed dilectione ſtandū eſt ad illud: ⁊ in
herendū illi: vt preſente perfruamur
a quo ſumus: quo abſente nec eſſe poſ 2 Cō. 5
ſumus. Cū enim p fidē adhuc ambulam⁹:
nō p ſpeciē: nōdū vtiq; videmus deū. ſicut
idē ait: facie ad faciē: quē tū niſi nunc iam di/
ligamus: nunq; videbimus. Sed quis dili/
git quod ignorat. Sciri enim aliqd ⁊ nō dili
gi poteſt. Diligi aūt quod neſcit̄: quero vtrū
poſſit: quia ſi non poteſt: nemo diligit deū an
teq; ſciat. Et quid eſt deum ſcire: niſi cū mē
te conſpicere: firmeq; percipere. Non enim
corpus eſt vt carneis oculis inquiratur. S;
⁊ priuſq; valeamus conſpicere atq; pcipere
deū: ſicut cōſpici ⁊ percipi poteſt: qd̄ mundis

Mat. 5 cordibus ſlicet. Beati eniȝ mundicordes: qꝛ deuȝ videbunt. niſi per fideȝ diligat: non poterit cor mundari: quo ad cuȝ videndum ſit aptum ⁊ idoneuȝ. Ubi ſunt eniȝ illa tria: propter que in animo edificanda: omniū diuinoruȝ librorū machinamēta cōſurgunt: fides: ſpes: caritas: niſi in aīo credēte quod nondū videt: ⁊ ſperāte atqȝ amāte quod credit. amatur ergo ⁊ quod ignorat: ſed tū creditur. Nimirū autē cauendū eſt: ne credēs animus id quod nō videt fingat ſibi aliquid quod nō ē: ⁊ ſperet diligatqȝ quod falſuȝ eſt. Quod ſi fit: nō erit caritas de corde puro ⁊ cōſcientia bona: ⁊ fide non ficta: que finis precepti eſt: ſicut apoſtolus dicit. Neceſſe eſt autem cum aliqua corporalia lecta vel audita que non vidimus: credimus. fingat ſibi aliquid aīus in liniamentis formiſqȝ corporū: ſicut occurrit cogitanti: quod aut veruȝ nō ſit: aut etiaȝ ſi veruȝ eſt quod rariſſime poteſt accidere: non hoc tamē fide vt teneamus quicquā prodeſt ſed aliud aliquid vtile: quod per hoc inſinuatur. Quis eniȝ legentiuȝ vel audientiuȝ que ſcripſit apoſtolus paulus: vl' q̄ de illo ſcripta ſunt: nō fingat animo: ⁊ ipſius apoſtoli faciē ⁊ omniuȝ quorum ibi nomina cōmemorantur. Et cuȝ in tanta hominū multitudine quibus ille littere noteſcunt: alius aliter liniamēta figuramqȝ illoruȝ corporuȝ cogitet: vtiqȝ incertum eſt. Neqȝ ibi occupatur fides noſtra: qua facie corporis fuerint illi homines: ſed tantuȝ quia per dei gratiam ita vixerunt: ⁊ ea geſſerunt que ſcriptura illa teſtatur: hoc ⁊ vtile eſt credere: ⁊ nō deſperandū: ⁊ appetenduȝ. Nam ⁊ ipſius domini facies carnis īnumerabiliū cogitationū diuerſitate variatur ⁊ fingitur: que tū vna erat: quecūqȝ erat. Neqȝ eniȝ in fide noſtra quā de domino ieſu chriſto habemus: illud salubre eſt quod ſibi animus fingit: longe fortaſſe aliter quam res ſe habet. Sed illud quod ſecundū ſpeciē de homine cogitamus. habemus eniȝ quaſi regulariter infixaȝ humane nature noticiaȝ: ſecundū quaȝ quicquid tale aſpicimus: ſtatiȝ hominem eſſe cognoſcimus vl' hominis formaȝ.

i. Thi. i

De ſacramēto icarnatiōis dñi et ſaluatoris noſtri ieſu chriſti.

Capitu. v.

f Ecundū hanc notitiaȝ cogitatio noſtra informatur: cum credimus pro nobis deuȝ homineȝ factuȝ: ad humilitatis exempluȝ: ⁊ ad demonſtrādaȝ erga nos dilectioneȝ dei. Hoc eniȝ nobis prodeſt credere: ⁊ firmuȝ atqȝ inconcuſſum corde retinere: ſcilicet humilitateȝ qua natus eſt deus ex femina: ⁊ a mortalibus ꝑ tantas cōtumelias perductus ad morteȝ: ſūmuȝ eſſe medicamētuȝ: quo ſuperbie noſtre ſanaretur tumor: ⁊ altuȝ ſacramētuȝ quo peccati vinculuȝ ſolueretur. Sic ⁊ virtuteȝ miraculoruȝ ipſius ⁊ reſurrectionis eius: quoniaȝ nouimus quid ſit omnipotentia: de omnipotente deo credimus: ⁊ ſecunduȝ ſpecies ⁊ genera reruȝ vel natura inſita: vel experiētia collecta: de factis huiuſmodi cogitamus: vt non ficta ſit fides noſtra. Neqȝ eniȝ nouimus facieȝ virginis marie: ex qua ille a viro itacta: neqȝ in ipſo partu corrupta mirabiliter natus eſt. Nec quibus mēbroruȝ liniamentis fuerit lazarus: nec bethaniaȝ: nec ſepulchruȝ: lapidemqȝ illuȝ quē remoueri iuſſit cū eum reſuſcitaret vidimus. nec monumentū nouū exciſuȝ in petra vnde ipſe reſurrexit. nec montē oliueti vnde aſcendit in celuȝ. Neqȝ omnino ſcimus quicunqȝ iſta nō vidimus: an ita ſint vt ea cogitamus: immo vero probabilius exiſtimamus non eſſe ita. Nanqȝ cū alicuius facies vel loci vel hominis: vel cuiuſlibet corporis eadē occurrerit oculis noſtris que occurrebat animo: cū eaȝ priuſqȝ videremus cogitabamus: non paruo miraculo mouemur. Ita raro ⁊ pene nūquā accidit: ⁊ tamē ea firmiſſime credimus: quia ſecundū ſpecialē generalēqȝ notitiā que certa nobis eſt cogitamus. Credimus eniȝ dominū ieſum chriſtū natū de virgine que maria vocabatur. Quid ſit autē virgo: ⁊ qd ſit naſci: ⁊ quid ſit nomen propriū non credimus: ſed prorſus nouimus. Utrū autē illa facies marie fuerit que occurrit animo cum iſta loquimur aut recordamur: nec nouimꝰ omnino: nec credimus. Itaqȝ hic ſalua fide licet dicere: forte talē habebat faciē: forte non talē. forte autē de virgine natus eſt chriſtus nemo ſalua fide chriſtiana dixerit. Quāobrē quoniam trinitatis eternitatē: ⁊ equalitatē ⁊ vnitatē quantū datur intelligere cupimus prius autem quā intelligamus credere debe

Joh. ij

mat. 27

mus: vigilanduꝫ nobis eſt ne ficta ſit fides
noſtra. Eadem quippe trinitate fruendū eſt:
vt beate viuamus. Si autem falſum de illa
crediderimus: inanis erit ſpes: ⁊ non caſta
caritas. Quomodo igitur eam trinitateꝫ quā
non nouimus: credendo diligimus. An ſe/
cundum ſpecialem generalēue noticiā: ſecū/
dum quā diligimus apoſtolū paulum. Qui
etiam ſi non ea facie fuit que nobis occurrit
de illo cogitantibus: ⁊ hoc penitus ignora/
mus: nouimus tamē quid ſit homo. Ut eniꝫ
longe nō eamus: hoc ſumus. id eſt homo: ⁊
illū hoc fuiſſe: ⁊ animā eius corpori copulatā
mortaliter vixiſſe manifeſtuꝫ eſt. Hoc ergo
de illo credimus: quod inuenimus in nobis
iuxta ſpecialeꝫ vel genus: quo humana om/
nis natura pariter cōtinetur. Quid igiť de il
la excellentia trinitatis ſiue ſpecialiter ſiue ge
neraliter nouimus: quaſi multe ſint tales tri
nitates: quarum aliquas experti ſumus: vt
per regulam ſimilitudinis impreſſaꝫ vel ſpe
cialem vel generalem noticiam: illam queqꝫ
talem eſſe credamus: atqꝫ ita rem quā credi/
mus ⁊ nōdū nouimus: ex parilitate rei quā
nouimus diligamus. Quod vtiqꝫ nō ita ē.
An quēadmodū diligimus in dn̄o ieſu chri/
ſto ꝙ reſurrexit a mortuis: q̄uis inde nemi/
nem vnquā reſurrexiſſe viderimus. Ita tri
nitatem quā non videmus: ⁊ qualem nullaꝫ
vnquā vidimus poſſumus credendo dilige
re. Sed quid ſi mori: ⁊ quid ſit viuere: vtiqꝫ
ſcimus: quia ⁊ viuimus: ⁊ mortuos ac mo/
rientes aliquando vidimus ⁊ experti ſumꝰ.
Quid eſt aūt aliud reſurgere: niſi reuiuiſce/
re. id eſt ex morte ad vitam redire. Cum er/
go dicimus ⁊ credimus eſſe trinitatem: no/
uimus quid ſit trinitas: quia nouimus quid
ſint tria: ſed nō hoc diligimus. Nā id vbi vo
lumus facile habemus: vt alia omittam: vel
micando digitis tribus: an vero diligimus:
non ꝙ omnis trinitas: ſed ꝙ trinitas deus.
Hoc ergo diligimus in trinitate: quod de/
us eſt. ſed deū nullū alium vidimus aut no/
uimus: quia vnus eſt deus: ille ſolus quem
nondū vidimus: ⁊ credendo diligimus. Sꝫ
ex qua rerum notarum ſimilitudine vel com
paratione credamus: quod etiam nondū no
tum deum diligamus: hoc queriť.

Quid in ſanctis quos non vidimus diliga/
mus. Capi. vi.

Edi ergo mecum: ⁊ cōdeſiremus cur
r diligamus apoſtolum. Nunquid nā
propter humanam ſpeciem quam no
tiſſimam habemus: eo ꝙ credimus eum ho
minem fuiſſe. non vtiqꝫ. Alioquin nunc nō
eſt quem diligamus: quando quidem homo
ille iam non eſt. Anima enim eius a corpore
ſeparata eſt. Sed id qđ in illo amamus: etiaꝫ
nunc viuere credimus. Amamus enim ani
mum iuſtum. Ex qua ergo generali aut ſpe/
ciali regula: niſi quia ſcimus: ⁊ quid ſit ani/
mus: ⁊ quid ſit iuſtus. Et animus quidē qd
ſit: non incongrue nos dicimus ideo noſſe
quia ⁊ nos habemus animū. Neqꝫ eniꝫ vn/
quā oculis vidimus: ⁊ ex ſimilitudine viſoꝝ
plurium: notionē generalem ſpecialēue per
cepimus: ſed potius vt dixi: qꝛ ⁊ nos habe/
mus. Quid enim tam intime ſciť: ſeqꝫ ipſuꝫ
eſſe ſentit: q̄ꝫ id quo etiā cetera ſentiunť. id ē
ipſe animus. Nā ⁊ motus corporuꝫ quibus
preter nos alios viuere ſentimus: ex noſtra
ſimilitudine agnoſcimus: quia ⁊ nos ita mo
uemus corpus viuēdo: ſicut illa corpora mo
ueri aduertimus. Neqꝫ enim cum corpus
viuuꝫ mouetur: aperitur vlla via oculis no/
ſtris ad videndū animū: rem ſcilicet que ocu
lis videri non poteſt: ſed illi moli aliquid in
eſſe ſentimus: quale nobis ineſt admouen/
dum ſimiliter molē noſtraꝫ: quod eſt vita ⁊
anima. Neqꝫ enim quaſi humane pruden/
tie rationiſqꝫ proprium eſt. Et beſtie quippe
ſentiunt viuere: non tantuꝫ ſeipſas: ſed etiaꝫ
ſeinuicem atqꝫ alterutrum ⁊ noſipſos. Nec
animas noſtras vident: ſed ex motibus cor/
poris: idqꝫ ſtatim ⁊ facillime quadam cōſpi/
ratione naturali. Animum igiť cuiuſlibet ex
noſtro nouimus: ⁊ ex noſtro credimus queꝫ
nouimus. Nō eniꝫ tn̄ ſentimus aiuꝫ: ſꝫ etiā
ſcire poſſumus qd ſit aīus ꝯſideratione nr̄i.
habemus eniꝫ animū. Sed quid ſit iuſtus:
vn̄ nouimus. Dixeramus enim nos apoſto
lum non alia cauſa diligere: niſi ꝙ ſit iuſtus
animus. Nouimus ergo ⁊ quid ſit iuſtus: ſi
cut quid animus. Sed quid ſit animus: vt
dictuꝫ eſt nouimus ex nobis. Ineſt eniꝫ ani
mus nobis. quid autem ſit iuſtus vnde no/
uimus: ſi iuſti nō ſumus. Quod ſi nemo no
uit quid ſit iuſtus niſi qui iuſtus eſt: nemo di
ligit iuſtum niſi iuſtus. Nemo enim poteſt

diligere queꝫ iuſtūꝫ eſſe credit ob hoc ipſum
quia iuſtuꝫ eſſe credit: ſi quid ſit iuſtus igno/
rat. Secunduꝫ ꝙ ſuperius demonſtrauimꝰ
nemineꝫ diligere ꝙ credit ⁊ nō videt: niſi ex
aliqua regula noticie generalis ſiue ſpecia/
lis. Ac ꝑ hoc ſi nō diligit iuſtū niſi iuſtus: quo
modo volet quiſqꝫ iuſtus eſſe qui nondū eſt.
nō eniꝫ vult quiſqꝫ eſſe quod nondū diligit.
Vt auteꝫ ſit iuſtus qui nondū eſt: valet vtiqꝫ
iuſtus eſſe: vt auteꝫ velit: diligit iuſtuꝫ. Dili
git ergo iuſtuꝫ: ⁊ qui nonduꝫ iuſtus eſt. Di
ligere auteꝫ iuſtum non poteſt: ſi quid ſit iu/
ſtus ignorat. proinde nouit quid ſit iuſtus:
etiam qui nonduꝫ eſt. vbi ergo nouit nō ocu
lis vidit. An vlluꝫ corpus iuſtuꝫ velut al/
buꝫ aut nigrum: aut quadruꝫ: aut rotundū:
quis hoc dixerit: ad oculis non vidit niſi cor
pora. Juſtus auteꝫ in hoie non eſt: niſi ani/
mus. Et cuꝫ homo iuſtus dicitur: ex animo
dicitur: non ex corpore. Eſt eniꝫ quedā pul/
chritudo animi iuſtitia qua pulchri ſunt ho/
mines. pleriqꝫ etiaꝫ qui corpore diſtorti atqꝫ
deformes ſunt. Sicut eniꝫ animus non vi/
detur oculis: ita nec pulchritudo eius. Vbi
ergo nouit quid ſit iuſtus qui nondū eſt: atqꝫ
vt ſit diligit iuſtuꝫ. An ſigna quedaꝫ per mo
tuꝫ corporis emicant: quibus ille aut ille ho/
mo eſſe iuſtus apparet. Sed vnde nouit illa
ſigna eſſe animi iniuſti: neſciens quid omni
no ſit iuſtus nouit. ergo. Sed vbi noui/
mus quid ſit iuſtus: etiam cuꝫ iuſti nondum
ſumus. ſi extra nos nouimus: in corpore ali
quo nouimus: ſed non eſt iſta res corporis.
Jn nobis igitur nouimus quid ſit iuſtus.
Non eniꝫ alibi hoc inuenio cuꝫ quero vt hoc
eloquar: niſi apud meipſuꝫ. Et ſi interrogeꝫ
aliū quid ſit iuſtus: apud ſeipſuꝫ querit quid
reſpondeat. Et quiſquis hinc verū reſponde
re potuit: apud ſeipm quid reſponderet inue
nit. Et carthaginē quideꝫ cū eloq volo: apud
meipſuꝫ quero vt eloquar: ⁊ apud meipꝫ in/
uenio phātaſiaꝫ carthaginis. Sed eā per cor
pus accepi. id eſt per corporis ſenſum: quo/
niaꝫ preſens in ea corpore fui: ⁊ eaꝫ vidi atqꝫ
ſenſi: memoriaqꝫ retinui: vt apud me inueni
rē de illa verbuꝫ: cuꝫ eaꝫ velleꝫ dicere. Jpſa
eniꝫ phantaſia eius in memoria mea verbuꝫ
eius: non ſonus iſte triſyllabus cuꝫ cartha/
go nominatur: vel etiaꝫ cū tacite nomen ipm
per ſpacia temporā cogitatur: ſed illud quod
in animo meo cerno: cuꝫ hoc triſyllabuꝫ vo/
ce profero: vel anteqꝫ proferaꝫ. Sic ⁊ alexan
driam cuꝫ eloqui volo quā nunqꝫ vidi: pre/
ſto eſt apud me phantaſma eius. Cum enim
a multis audiſſem ⁊ crediditiſſeꝫ magnaꝫ eſſe
illam vrbem: ſicut mihi narrari potuit: finxi
animo meo imaginē eius qꝫ potui: ⁊ hoc eſt
apud me verbuꝫ eius: cuꝫ eaꝫ volo dicere an
teqꝫ voce quinqꝫ ſyllabas ꝓferaꝫ: quod nomē
eius fere omnibus notū eſt. Quā tamē ima
gineꝫ ſi ex animo meo ꝓferre poſſem ad ocu
los hominū qui alexandriaꝫ nouerunt: pro/
fecto aut omnes dicerent: nō eſt ipſa. aut ſi di
cerent: ipſa eſt multuꝫ mirarer: atqꝫ intuens
in animo meo ipſaꝫ. id eſt imaginē qꝫſi pictu
raꝫ eius: ipſaꝫ tamē eſſe neſcireꝫ: ſed eis cre/
derē qui viſam tenerent. Non auteꝫ ita que
ro quid ſit iuſtus: nec ita inuenio: nec ita in/
tueor: cuꝫ id eloquor nec ita probor cum au/
dior: nec ita ꝓbo cū audio: quaſi tale aliquid
oculis viderim: aut vllo corporis ſenſu didi/
cerim: aut ab eis qui ita didiciſſent audieriꝫ.
Duꝫ enim dico ⁊ ſciens dico: iuſtus eſt ani/
mus qui ſcientia atqꝫ ratione in vita ⁊ mori/
bus ſua cuiqꝫ diſtribuit: non aliquaꝫ rem ab
ſenteꝫ cogito: ſicut carthagineꝫ. aut fingo vt
poſſum ſicut alexandriaꝫ ſiue ita ſit ſiue non
ita: ſed preſens quiddaꝫ cerno: ⁊ cerno apud
me. ⁊ ſi non ſum ipſe quod cerno: ⁊ multi qui
audiunt approbabunt. Et quiſquis me au/
dit atqꝫ ſcienter approbat: apud ſe ⁊ ipſe hoc
ideꝫ cernit: etiaꝫ ſi non ſit ⁊ ipſe quod cernit.
Juſtus vero cū id dicit: id quod ipſe eſt cer/
nit ⁊ dicit. Et vbi etiam ipſe cernit: niſi apud
ſeipſum. Sed hoc miruꝫ non eſt. Vbi enim
ſe cerneret: niſi apud ſeipſuꝫ. Jlliud mirabile
eſt vt apud ſe animus videat quod alibi nuſ/
qꝫ vidit: ⁊ veruꝫ videat: ⁊ ipſuꝫ verū ſcilicet
iuſtuꝫ animuꝫ videat: ⁊ ſit ipſe animus: ⁊ nō
ſit iuſtus animus: queꝫ apud ſeipſuꝫ videt.
Num eſt alius animus iuſtus in animo nō/
duꝫ iuſto. Aut ſi non eſt quem ibi videt: cuꝫ
videt: ⁊ dicit quid ſit animus iuſtus: nec alibi
quā in ſeipſo videt: cum ipſe non animus iu
ſtus. An illud quod videt veritas eſt interior
preſens animo: qui eam valet intueri: neqꝫ
omnes valent. Et qui intueri valent hoc etiā
quod intuentur non omnes ſunt. hoc eſt nō
ſunt etiaꝫ ipſi iuſti animi: ſicut poſſunt vide/
re ac dicere: quid ſit iuſtus animus. id eſt iu

ſti. Quod vnde eſſe potuerunt: niſi inherendo eidem ipſi forme quam intuentur vt inde formentur. et ſint iuſti animi: non tantū cernentes aut dicentes iuſtū eſſe animum q ſciē tia atq ratione in vita ac moribus ſua cuiq diſtribuit: ſed etiā vt ipſi iuſte viuant: iuſteq morati ſint: ſua cuiq diſtribuendo: vt nemini quicquā debeant niſi vt inuicē diligāt Et vnde inhereretur illi forme: niſi amando. cur ergo aliū diligimus quē credimus iuſtū: et non diligimus ipſam formā: vbi vidimus quid ſit iuſtus animus vt et nos iuſti eſſe poſſimus. An vero niſi et iſtā diligeremus nullo modo eū diligeremus quem dili gimus ex iſta: ſed dū iuſti non ſumus: minus eā diligimus quā vt iuſti eſſe valeam⁹. Homo ergo qui creditur iuſtus ex ea forma et veritate diligitur: quam cernit: et intelligit apud ſe ille qui diligit. ipſa vero forma et veritas non eſt quomō aliūde diligatur. Neq enim inuenimus aliquid tale preter ipſā vt eā cū incognita eſt credendo diligamus ex eo qꝫ iā tale aliquid nouimus. Quicqd enī tale aliquid perſpexeris ipſa eſt: et non eſt qcquā tale: quoniā ſola ipſa talis eſt: qualis ipſa eſt. Qui ergo amat homines: aut quia iuſti ſunt: aut vt iuſti ſint amare debet. Sic enim et ſemetipſū amare debet: aut quia iuſtus ē: aut vt iuſtus ſit. Sic enī diligit proximū tan quā ſeipſū ſine vllo periculo. Qui enī aliter ſe diligit: iniuſte ſe diligit: quoniā ſe ad hoc diligit vt ſit iniuſtus. Ad hoc ergo vt ſit

Pſ. 10 malus: ac per hoc iā non ſe diligit. Qui eni diligit iniquitatē: odit aīā ſuā.

De vera dilectione. Ca. vij.

Quapropter nō eſt precipue videndū in hac queſtione que de trinitate nobis eſt. et de cognoſcendo deo: niſi qd ſit vera dilectio. imo vero qd ſit dilectio. Ea quippe dilectio dicēda que vera eſt: alioquin cupiditas eſt. atq ita cupidi abuſiue dicuntur diligere: quēadmodū cupere abuſiue dicuntur: q diligūt. Hec eſt aūt vera dilectio vt inherentes veritati iuſte viuamus: et ideo cōtēnamus omnia mortalia pre amore hominū: quo eos volumus iuſte viuere. Ita enī et mori pro fratribus vtiliter parati eſſe poterimus: quod nos dominus ieſus chriſt⁹ exē

mat. 22 plo ſuo docuit. Cum enim duo precepta ſint in quibus tota lex pendet et prophete dilectio dei et dilectio proximi: non immerito plerūq ſcriptura pro vtroq vnū ponit. Siue tantū dei. ſicut eſt illud. Scimus quoniā diligentibus deū omnia cooperantur in bonū Ro. 8.

Et iterū. Quiſquis aūt diligit deū hic cognitus eſt ab eo. Et illud. Quoniā caritas dei j Cō. 8

diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpiritūſanctum qui datus eſt nobis. Et alia multa: qr Ro. 5.

et qui diligit deum: conſequens eſt vt faciat quod precipit deus. et intantū diligit inquātum facit: conſequens ergo eſt vt et proximū diligat: quia hoc precepit deus. Siue tātū proximi dilectionē ſcriptura cōmemorat: ſicut eſt illud. Inuicē onera veſtra portate: et ſic adimplebitis legē chriſti. Et illud. Omnis enim lex in vno ſermone impletur: in eo qꝫ ſcriptum eſt. diliges proximū tuū tanquā teipſum. Et in euangelio. Omnia quecūq vultis vt faciant vobis homines bona: ita et vos facite illis: hec enim eſt et lex prophete. Et pleraq alia reperimus in litteris ſanctis in quibus ſola dilectio proximi ad perfectionem precipi videtur: et taceri de dilectione dei: cum in vtroq lex pendeat. et prophete. Sed et hoc ideo: quia et qui proximū diligit. conſequens eſt vt ipſam precipue dilectionē diligat. Deus autē dilectio eſt: et qui manet

Gal. 9

ibidē. 5

mat. 7.

in dilectione in deo manet. Cōſequēs ergo j. Jo. 4

eſt vt precipue deum diligat. Quapropter q querunt deum per iſtas poteſtates que mundo preſunt vel partibus mundi: auferuntur ab eo longeque iactantur: non interuallis locorum: ſed diuerſitate affectuum. Exterius enim conantur ire: et anteriora ſua deſerunt quibus interior eſt deus. Itaque ſi aliquam etiam ſanctam poteſtatē vel audierunt: vel vtcunq cogitauerunt: facta magis eius appetunt: que humana miratur infirmitas: nō imitantur pietatem qua diuina requies cōparatur. Malunt enim ſuperbe hoc poſſe quod angelus: quā deuote hoc eſſe quod angelus. Non enim ſanctus quiſquā poteſtate ſua gaudet: ſed eius a quo habet poſſe quicquid congruenter poteſt. Et nouit potentius eſſe coniungi omnipotenti pia et volūtate: qꝫ ꝓpria volūtate poſſe qd ꝯtremiſcāt q talia nō poſſunt. Itaq ipſe dn̄s ieſus chriſt⁹ talia faciens: vt mirantes doceret ampliora et temporalibus inſolitis intentos atq ſuſpenſos

Mat. xi. ad eterna atqꝫ interiora cõuerteret. Venite inquit ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. tollite iugum meũ ſuper vos. Et non ait: diſcite a me quatriduanos mortuos ſuſcitare. ſed ait: diſcite a me quoniã mitis ſum ⁊ humilis corde. Potentior eſt enim ⁊ tutior ſolidiſſima humilitas q̃ ventoſiſſima celſitudo. Et ideo ſequitur dicens. Et inuenietis requiez animab⁹ vr̃is.

i Cõ. 13 Dilectio enim nõ inflatur: deus dilectio eſt: ⁊ fideles in dilectione acquieſcẽt illi: ⁊ reuocati a ſtrepitu qui foris eſt: ad gaudia ſilẽtia. Ecce deus dilectio eſt: vt quid imus ⁊ currimus in ſublimia celorum: ⁊ ima terrarũ querentes eum qui eſt apud nos: ſi nos velim⁹ eſſe apud eum.

Quod qui fratrem diligit deum diligat qui amat ⁊ ipſam dilectionem que ex deo eſt ⁊ deus eſt.

Capitulũ. viij.

Nemo dicat: non noui quid diligam. Diligat fratrez: ⁊ diliget eandem dilectionem. Magis enim nouit dilectionem qua diligit: quam fratrem quez diligit. Ecce iam poteſt notiorez deum habere q̃ fratrem. Plane notiorem: q2 preſentiorẽ notiorẽ: quia interiorem. notiorẽ: quia certiorẽ. Amplectere dilectionem deũ: ⁊ dilectione amplectere deum. Ipſa eſt dilectio q̃ omnes bonos angelos: ⁊ omnes dei ſeruos cõſociat vinculo ſanctitatis. noſqꝫ ⁊ illos coniungit inuicẽ nobis: ⁊ ſubiungit ſibi. Quãto igitur ſaniores ſumus a tumore ſuperbie: tanto ſumus dilectione pleniores. Et quo niſi deo plenus eſt: qui plenus eſt dilectione. At eniz caritatẽ video: ⁊ quantũ poſſum eam mente conſpicio: ⁊ credo ſcripture dicenti.

i Jo. 4 Quoniaz deus caritas eſt: ⁊ qui manet in caritate: in deo manet. Sed cum illam video: non in ea video trinitatem. imo vero vides trinitatem: ſi caritatem vides. Sed cõmonebo ſi potero: vt videre te videas aſſit tantum ipſa: vt moueamur caritate ad aliquod bonũ Quia cum diligimus caritatem: aliquid diligentem diligimus propter hoc ipſum: quia diligit aliquid. Ergo quid diligit caritas vt poſſit etiam ipſa caritas diligi. Caritas enim non eſt que nihil diligit. Si autez ſeipſam diligit: diligat aliquid quod oportet vt caritatez ſe diligat. Sicut enim verbum indicat aliqd: indicat etiam ſeipſum. ſed non ſe verbum indicat: niſi ſe aliquid indicare indicet. Sic ⁊ caritas diligit quidem ſe. ſed niſi ſe aliquid diligentez diligat: non caritatez ſe diligit. Quid ergo diligit caritas niſi quod caritate diligimus. Id aũt vt a proximo prouehamur frater eſt. Dilectionez autez fraternaz quantuz cõmẽdet iohannes apoſtolus attendamus. i Jo. 2.

Qui diligit inquit fratrez ſuuz in lumine manet: ⁊ ſcandaluz in eo non eſt. Manifeſtuz eſt q̃ iuſtitie perfectionez in fratris dilectione poſuerit. Naz in quo ſcandalum non eſt: vtiqꝫ perfectus eſt. Et tamen videtur dilectionez dei tacuiſſe. quod nunquaz faceret: niſi quia in ipſa fraterna dilectione vult intelligi deuz. Apertiſſime eniz in eadẽ epiſtola paulopoſt ita dicit. ibidẽ. 4

Dilectiſſimi diligamus inuicez: quia dilectio ex deo eſt. Et omnis qui diligit: ex deo natus eſt: ⁊ cognoſcit deuz. qui non diligit: non cognouit deuz: quia deus dilectio eſt. Iſta contextio ſatis apertecz declarat eandez ipſaz fraternaz dilectionez. naz fraterna dilectio eſt qua diligimus inuicez: non ſoluz ex deo: ſed etiaz deuz eſſe: quaz vidimus tanta auctoritate predicari. Cuz ergo de dilectione diligimus fratrez de deo diligimus fratrez. Nec fieri poteſt vt eandez dilectionez non precipue diligamus: qua fratrez diligimus. Vnde colligitur: duo illa p̃cepta non poſſe ſine inuicez. Ibidez

Quoniaz quippe deus dilectio eſt: deuz certe diligit: qui diligit dilectionez. Dilectionez autẽ neceſſe eſt diligat: qui diligit fratrẽ. Et ideo paulopoſt ait. Ibidez

Non poteſt deuz diligere quẽ non videt qui fratrez quez videt non diligit: quia hec illi cauſa eſt non videndi deum q̃ non diligit fratrez. Qui eniz non diligit fratrez non eſt in dilectione. ⁊ qui non eſt in dilectiõe: non eſt in deo: quia deus dilectio eſt. Porro qui nõ ẽ in deo: nõ eſt in lumine: q2 deus lumen eſt: ⁊ tenebre in eo nõ ſunt ulle. i Joh. i

Qui g̃ nõ ẽ in lumine: qd mirũ ſi nõ videt lumẽ: id ẽ nõ videt deũ quia in tenebris eſt. Fratrẽ autez videt humano viſu: quo videri deus nõ pot Sed ſi euz quez videt humano viſu ſpiritali caritate diligeret: videret deuz qui eſt ipſa caritas viſu interiore quo videri poteſt. Ita q̃ qui fratrez quez videt non diligit: deuz

quē propterea non videt: quia deꝰ dilectio ē qua caret qui fratrē nō diligit: quō pōt diligere. Nec illa iam queſtio moueat quantū fratri caritatis debeamus impendere: quantū deo incompabiliter pluſq̄ nobis. fratri enim quantū nobiſipſis. Nos aūt ipſos tanto magis diligimus: quanto magis diligimꝰ deū. Ex vna igitur eadēq̄ caritate deū ꝓximūq̄ diligimus. Sed deum propter deū: nos aūt ⁊ proximum ꝓpter deum.

Quod ex ea forma qua diligitur iuſtus diligatur deus: quia nō poteſt ea que dilectionē excitat forma non diligi: eademq̄ eſt deus: quia deus caritas eſt. Ca. ix.

Quid enim eſt queſo q̄ exardeſcimus cū
2 Cō. 6 audimus ⁊ legimus. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies ſalutis nullam in quoq̄ dantes offenſionem vt nō reprehendatur miniſterium noſtrum. ſed in omnibus cōmendantes noſmetipſos vt dei miniſtros: in multa patientia: in tribulationibus: in neceſſitatibus: in anguſtijs: in plagis: in carceribus: in ſeditionibus: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs: in caſtitate: in ſcientia: in longanimitate: in bonitate: in ſpiritu ſancto: in caritate non ficta in verbo veritatis: in virtute dei per arma iuſtitie a dextris ⁊ a ſiniſtris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonam famam: vt ſeductores et veraces: vt qui ignoramur et cognoſcimur: quaſi morientes ⁊ ecce viuimus: vt coerciti et non mortificati: vt triſtes ſemper autē gaudentes: ſicut egentes multos autē ditantes: tanq̄ nihil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Quid enim eſt q̄ accēdimur in dilectionem pauli apoſtoli: cum iſta legimus: niſi q̄ credimus eum ita vixiſſe: Viuendū tamē ſic eſſe dei miniſtris: non de aliquibus auditum credimus: ſed intus apud nos vel potius ſupra nos in ipſa veritate conſpicimus. Illum ergo quem ſic vixiſſe credimus: ex hoc q̄ videmus diligimus. Et niſi hanc formā quā ſemꝑ ſtabilē atq̄ incōmutabilē cernimus: precipue diligeremus: non ideo diligeremus illū: quia eius vitam cū in carne viueret: huic forme coaptatā ⁊ congruentem fuiſſe: fide retinemus. Sed neſcio quomō amplius ⁊ ī ipſius forme caritatē excitamur: per fidem qua credimus vixiſſe ſic aliquem: et ſpem qua nos quoq̄ ita poſſe viuere qui homines ſumus: ex eo q̄ aliqui homines ita vixerunt minime deſperamus: vt hoc ⁊ deſideremus ardentius: ⁊ fidentius precemur. Ita ⁊ ipſorum vitam facit a nobis diligi forme illius dilectio ſcd̄m quā vixiſſe creduntur: ⁊ illorū vita credita: in eandē formā flagrantiorem excitat caritatem: vt quanto flagrantius diligimus deū: tanto certius ſereniuſq̄ videamus: q̄ in deo conſpicimus incōmutabilē formā iuſtitie: ſcd̄m quam hominem viuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionē ⁊ ad dilectionē dei: non tanq̄ omnino incogniti: aut omnino non dilecti: ſed quo cognoſcatur manifeſtius: ⁊ quo firmius diligatur.

De amante et quod amatur et amore.

Capitu. x.

Quid eſt autem dilectio vel caritas quam tantopere ſcriptura diuina laudat et predicat: niſi amor boni. Amor autem alicuius amantis eſt: ⁊ amore aliquid amatur. Ecce tria ſunt: amans: ⁊ quod amatur: ⁊ amor. Quid eſt ergo amor niſi quedam vita duo aliqua copulans: vel copulare appetens: amantē ſcilicet ⁊ quod amatur: ⁊ hoc etiā in extremis carnalibuſq̄ amoribus ita eſt. ſed vt aliquid purius ⁊ liquidius hauriamus: calcata carne aſcendamus ad animū. Quid amat animus in amico niſi animū. ⁊ illic igitur tria ſunt: amans: ⁊ qd̄ amatur: ⁊ amor. Reſtat etiā hinc aſcendere ⁊ ſuperius iſta querere: quantū homini datur. Sed hic paululū requieſcat intentio: non vt ſe iam exiſtimet inueniſſe qd̄ querit: ſed ſicut ſolet inueniri locus vbi iam querendū eſt aliqd nondū illud inuentū eſt: ſed iā inuentū eſt vbi queratur: ita hoc dixiſſe ſufficerit: vt tanq̄ ab articulo alicuius exordij cetera contexamus.

Explicit liber octauus.

Incipiunt capitula libri noni.

j De deo ſemꝑ querendo.
ij De amore: an tria ſint amans: ⁊ qd̄ amatur: ⁊ amor. an autem duo ſunt cū quis non aliū q̄ ſeipſum diligit.

iii De mente ⁊ noticia eius ⁊ voluntate.
iiij Tria eſſe in anima: que ſunt vnū mentē: ⁊ noticiā ſui: ⁊ amorē.
v Quod mens: ⁊ amor: ⁊ noticia: ⁊ ſingula in ſe maneant: ⁊ omnia in omnibus.
vi De noticia qua mens non ſolū ſe: ſed etiam alias mentes noſſe regulariter poteſt.
vij De verbo quod mens ex eterna cōcipit veritate.
viij Quali amore diligi debeat creatura.
ix Quo differat dilectio rerū ſpiritalium ab amore carnaliū.
x Non omnia que noticia cōprehēdit dici poſſe cōcepta.
xi Concepte noticie ſimilitudinem tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoſcitur neqꝫ inferioris neqꝫ ſuperioris nature eſt.
xij Cur ſicut noticia mentis eſt proles: non etiam amor partus eiuſdem ſit.

Aurelij auguſtini epiſcopi liber nonus incipit.

De deo ſemper querendo.

Capitulū .j.

Trinitatē certe querimus: nō quamlibet: ſed illam trinitatē que deus ē: verusqꝫ ac ſumm⁹ ⁊ ſolus de⁹. Expecta ergo qſqs hec audis. Adhuc eni querimus. Et talia querētem nemo iuſte reprehēdit: ſi tamen in fide firmiſſimus querat. quod aut noſſe: aut eloqui difficillimū eſt. Affirmantē vero cito iuſteqꝫ reprehendit quiſquis melius vel
ps. 68. videt vel docet. Querite inquit deū: ⁊ viuet anima veſtra. Et ne quiſqꝫ ſe tanqꝫ apprehē
ps. 104 diſſime temere gaudeat: querite inqt faciē ei⁹
j Co. 8 ſemꝑ. Et apoſtolus. Si quis ſe inquit putat aliquid ſcire: nonduꝫ ſcit quēadmodum ſcire oporteat. Quiſquis autē diligit deū: hic cognitus eſt ab illo. Nec ſic quidē dixit cognouit illū: que ꝑiculoſa ꝓſumptio eſt: ſed cognitus eſt ab illo. Sed ⁊ alibi cum dixiſſet. Nūc autē cognoſcētes deū: ſtatim corrigēs:
Gal. 4 imo cogniti inqt a deo. maximeqꝫ illo loco; Fratres inquit ego meipſuꝫ nō arbitror ap-
prehēdiſſe. Vnū autē: que retro oblitus i ea Phi. 3
que ante ſunt extentus ſcḋm intentionē ſequor ad palmā ſupne vocationis dei in xp̄o ieſu. Quotquot ergo pfecti: hoc ſapiamus. Perfectionē in hac vita dic nō aliud qꝫ ea que retro ſunt obliuiſci: ⁊ i ea que ante ſunt extendi ſecundū intentionē. Tutiſſima ē eniꝫ querentis intentio: donec apprehendat illud quo tendimus ⁊ quo extedimur. Sed ea recta intentio eſt que ꝓficiſcitur a fide. Certa eniꝫ fides vtcūqꝫ inchoat cognitionē. Cognitio vero certa non pficiet: niſi poſt hanc
vitaꝫ: cū videbimus facie ad faciē: Hoc er- j. Co. 13
go ſapiamus vt nouerimus tutiorē eſſe affectuꝫ vera querendi: qꝫ incognita ꝓ cognitis preſumēdi. Sic ergo queramus tanqꝫ inuēturi: ⁊ ſic inueniamus tanqꝫ queſituri. Cuꝫ eni cōſummauerit homo: tunc incipit. De credēdis nulla infidelitate dubitemus. de itelligēdis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenēda eſt: in his veritas exquirenda. Qd ergo ad iſtā queſtionē attinet: credamus patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritumſſanctū eſſe vnū deū: vniuerſe creature conditorē: atqꝫ rectorem. Nec patreꝫ eſſe filiū. nec ſpiritūſanctū vel patrē eſſe vel filium: ſed trinitatē relatarū adinuicē perſonarū: ⁊ vnitatē equalis eſſentie. Hoc autē queramus intelligere ab eo ipſo quē intelligere volumus auxiliū precantes: ⁊ quantū tribuit: quod intelligimus explicare tanta cura et ſollicitudine pietatis: vt etiā ſi aliquid aliud pro alio dicimus: nihil tamen indignū dicamus. Vt ſi quid: verbi gratia: de patre dicimus quod patri proprie non conueniat aut: filio conueniat aut ſpirituiſancto aut ipſi trinitati: ⁊ ſi quid de filio quod filio proprie non congruat: ſaltē congruat patri: aut ſpirituiſancto: aut trinitati. Itē ſi quid de ſpiritusancto quod proprietatē ſpiritusſancti non deceat: non tamen alienum ſit a patre aut filio: aut ab vno deo ipſa trinitate. veluti nunc cupimus videre vtrum illa excellentiſſima caritas ꝓprie ſpiritusſanctus ſit. quod ſi non eſt aut pater eſt caritas: aut filius: aut ipſa trinitas: qm̄ reſiſtere non poſſumus certiſſime fidei: et validiſſime auctoritati ſcripture dicētis: Deus caritas eſt: nō tamē debemus de-
uiare ſacrilego errore; vt aliquid de trinita- j. Jo. 4

te dicamus: quod nō creatori: ſ; creature potius conueniat: aut inani cogitatione fingatur. Que cū ita ſint: attēdimus iſta tria: que inueniſſe nobis videmur. Nōdum de ſupernis loquimur: nōdu; de deo patre et filio ⁊ ſpirituſancto: ſed de hac impari imagine. ⁊ cū imagine. id eſt homine. familiarius enim eam ⁊ facilius fortaſſis intuet mentis noſtre infirmitas.

An tria ſint amans et quod amatur ⁊ amor. An autem duo ſint cum quis non alium ꝙ̄ ſeipſum diligit.

Capitu. ij.

Ecce ego qui hoc quero: cum aliquid amo tria ſunt: ego: ⁊ qđ amo ⁊ ipſe amor. Non enim amo amorē: niſi amantē ame;. Na; non eſt amor vbi nihil amat. Tria ergo ſunt: amans: ⁊ qđ amatur: ⁊ amor: Quod ſi non ame; niſi meipſu;: nōne due erunt qđ amo: ⁊ amor: Amans eni; ⁊ qđ amatur hoc idē eſt: quādo ipſe amat: ſicut amare ⁊ amari: eode; modo idipſum eſt cū ſe quiſq; amat. Eadē quippe res bis dicitur: cū dicit: amat ſe: ⁊ amatur a ſe. Tūc eni; nō eſt aliud atq; aliud amare ⁊ amari: ſicut non eſt alius atq; alius: amans et amatus. At vero amor: ⁊ qđ amat: etiā ſic duo ſunt. Non eni; quiſquis ſe amat amor eſt: niſi cū amatur ipſe amor. Aliud eſt aute; amare ſe: aliud eſt amare amore ſuu;. Nō eni; amat amor: niſi ia; aliquid amans. quia vbi nihil amat: nullus eſt amor. Duo ergo ſunt: cu; ſe quiſq; amat: amor ⁊ quod amat. Tūc eni; amans ⁊ quod amatur vnū eſt. Unde videtur nō eſſe conſequens: vt vbicūq; amor fuerit: ia; tria intelligant. Auferamus eni; ab hac conſideratione cetera que multa ſunt quibus homo conſtat: atq; vt hec que nunc requirimus quantu i his rebus poſſumus liqdo repiamꝰ: de ſola mente tractemus. Mēs igit cū amat ſe ipſam: duo queda; oſtendit: mentē ⁊ amorē. Quid eſt aute; amare ſe: niſi ſibi pſto eſſe velle ad fruendū ſe: Et cū tantū ſe vult eſſe quantū eſt: par menti voluntas eſt: ⁊ amanti amor equalis. Et ſi aliqua ſubſtantia eſt amor: non eſt vtiq; corpus: ſed ſpiritus. nec mens corpus: ſed ſpiritus eſt. Neq; tamen amor ⁊ mens duo ſpiritus: ſed vnus ſpiritus. nec eſſentie due: ſed vna. ⁊ tñ duo queda; vnu; ſunt: amans ⁊ amor: ſiue ſic dicas quod amatur: ⁊ amor. Et hec quidē duo: relatiue adinuicē dicunt: Amans quippe ad amorē refert: ⁊ amor ad amante; Amans eni; aliquo amore amat: ⁊ amor alicuius amātis ē. Mēs vero ⁊ ſpūs nō relatiue dicunt: ſed eſſentiā demonſtāt. Nō eni; qꝛ mēs ⁊ ſpiritus alicuius hoīs ē: ideo mēs ꝗ ſpiritus i ſe non manet. Retracto eni; eo quod homo eſt: qđ adiuncto corpore dicit: mēs ⁊ ſpiritus manet. Retracto aūt amante nullus eſt amor: ⁊ retracto amore nullus eſt amās. Ideoq; quantū ad inuicē referuntur: duo ſunt. Qđ aūt ad ſe dicūt: ⁊ ſingula ſpiritus: ⁊ ſimul vtrūq; vnꝰ ſpūs: ⁊ ſingula mēs: ⁊ ſimul vtrūq; vna mens. Ubi ergo trinitas: attēdamus quantū poſſumus: ⁊ inuocemus luce; ſempiternam vt illuminet tenebras noſtras: ⁊ videamus in nobis quantū ſinimur imaginē dei.

De mente et noticia eius et voluntate.

Capitu. iij.

Mens eni; amare ſeipſa; nō pōt: niſi etiā ſe nouerit: Nā qnō amat qđ neſcit: Aut ſi quiſq; dicit ex noticia generali vel ſpeciali mente; credere ſe eſſe talē: qualē alias expta ē. ⁊ ideo amare ſemetipſa; inſipiētiſſime loquit. Unde eni; mens aliꝗ̄ mētē nouit: ſi ſe nō nouit. Neq; eni; vt oculos corpis videt alios oculos: ⁊ ſe nō videt. ita mēs nouit alias mētes: ⁊ ignorat ſemetipſa;. Per oculos eni; corporis corpora videmus: qꝛ radios ꝗ. p eos emicāt: ⁊ ꝗcquid cernimus tangūt: refringere vel retorquere in ipſos nō poſſumus: niſi cu; ſpecula intuemur. Qđ ſubtiliſſime obſcuriſſimeq; diſſerit: donec apertiſſime demonſtret: vel ita ſe rē habere vel nō ita. S; quoquo modo ſe habeat vis qua p occulos cernimus: ipſa; certe vim: ſiue ſint radij: ſiue aliud aliqd oculis cernere nō valemus: ſed mentē querimus. ⁊ ſi fieri poteſt: etiā hoc mente cōphendimus. Mēs ergo ipſa ſicut corpea; rerū noticias p ſenſus corporis colligit: ſic incorporearu; rerū p ſemetipſa;. Ergo ⁊ ſemetipſa; p ſeipſa; nouit: quoniā eſt incorporea. Na; ſi nō ſe nouit: non ſe amat.

Tria eſſe in anima que ſunt vnū. mente; et noticiā ſui ⁊ amorem.

Capitu. iiij.

Sicut aūt duo quedā ſunt: mēs ⁊ amoꝛ eius cū ſe amat. ita q̄dā duo ſunt mēs ⁊ noticia ei⁹ cū ſe nouit. Igit̄ ipſa mēs ⁊ amoꝛ: ⁊ noticia eius: tria quedā: ⁊ hec tria vnū ſunt: ⁊ cū pfecta ſunt: eq̄lia ſunt. Si eni3 min⁹ ſe amat q̄3 eſt: vt verbi grā: tm̄ ſe amat hoīs mens quantū amandū eſt coꝛpus hoīs cū plus ſit ipſa q̄3 coꝛpus: peccat. ⁊ nō eſt per fect⁹ amoꝛ eius. Itē ſi amplius ſe amat qua3 eſt: velut ſi tantū ſe amet quantū amandus ē deus: dū incōparabiliter minus ſit ipſa quā deus: etiā ſic nimio peccat ⁊ nō perfectū ha/ bet amoꝛē ſui. Maioꝛe aūt peruerſitate ⁊ iniq tate peccat: cū coꝛpus tantum amat quantum amādus eſt deus. Item noticia ſi minoꝛ eſt q̄3 eſt illud quod noſcit: ⁊ plene noſci poteſt: pfecta non eſt. Si aūt maioꝛ eſt iam ſuperioꝛ eſt natura que nouit q̄3 illa que nota eſt. ſicut maioꝛ eſt noticia coꝛpoꝛis: q̄3 ipſum coꝛpus quod ea noticia notū eſt. Illa enim vita que/ dā eſt in ratione cognoſcentis: coꝛpus aute3 non eſt vita. Et vita quelibet quolibet coꝛpo re maioꝛ eſt: nō mole ſed vi. Mens vero cū ſeipſam cognoſcit: non ſe ſuperat noticia ſua: quia ipſa cognoſcit: ipſa cognoſcitur. Cum ergo ſe totā cognoſcit. neq3 ſecu3 quicq̄3 aliđ par illi eſt cognitio ſua: quia neq̄3 ex alia natu ra eſt eius cognitio: cum ſeipſam cognoſcit. Et cum ſe totā nihil amplius percipit nec mi noꝛ nec maioꝛ eſt. Recte igitur diximus hec tria cu3 perfecta ſunt: eſſe conſequenter equa lia. Simul etiam admonemur: ſi vtcunq3 vi dere poſſumus hec in anima exiſtere: ⁊ tan/ quā inuoluta euolui: vt ſentiantur ⁊ dinume rentur ſubſtantialiter: vel vt ita dicā3: eſſen/ tialiter: non tanq̄3 in ſubiecto: vt coloꝛ aut fi/ gura in coꝛpoꝛe: aut vlla alia q̄litas: aut quan titas. Quicquid enim tale eſt: nō excedit ſub iectum in quo eſt. Non enim coloꝛ iſte aūt fi gura huius coꝛpoꝛis poteſt eſſe ⁊ alterius coꝛpoꝛis. Mens aute3 amoꝛe quo ſe amat poteſt amare ⁊ aliud pꝛeter ſe. Item nō ſe ſo lam cognoſcit mens: ſed ⁊ alia multa. Quā/ obꝛem non amoꝛ ⁊ cognitio tanquā in ſub/ iecto inſunt menti: ſed ſubſtantialiter etiam iſta ſunt ſicut ipſa mens: quia ⁊ ſi relatiue di/ cuntur ad inuicem. in ſua tamen ſunt ſingu/ la queq3 ſubſtantia. Non ſicut coloꝛ ⁊ co/ loꝛatum relatiue ita dicuntur ad inuicem: vt coloꝛ in ſubiecto coloꝛato ſit: non habens in ſeipſo pꝛopꝛiam ſubſtantiam: quoniā coloꝛa tu3 coꝛpus ſubſtantia eſt: ille aute3 in ſubſtan tia. ſed ſicut duo amici etiam duo ſunt homi/ nes: que ſunt ſubſtantie cu3 homines nō re/ latiue dicant̄: amici autē relatiue. Sed item quāuis ſubſtātia ſit amās vel ſciens: ſubſtan tia ſit ſcientia: ſubſtantia ſit amoꝛ: ſed amans ⁊ amoꝛ: aut ſciens ⁊ ſcientia: relatiue ad ſe di cantur ſicut amici. Mens vero aut ſpiri/ tus non ſunt relatiua: ſicut nec homines rela tiua ſunt. non tamē ſicut amici homines poſ ſunt ſeoꝛſu3 eſſe ab inuicē. ſic amans ⁊ amoꝛ aut ſciens ⁊ ſcientia. Quāq̄3 ⁊ amici coꝛpoꝛe vident̄ ſepari poſſe: nō animo: inquātū ami ci ſunt: veruntamen fieri poteſt: vt amicus amicū etiam odiſſe incipiat: ⁊ eo ipſo amicus eſſe deſinat: neſciente illo: ⁊ adhuc amante. Amoꝛ aūt quo ſe mens amat: ſi eſſe deſinat: ſimul ⁊ illa deſinit eſſe amans. Item noticia qua ſe mens nouit: ſi eſſe deſinat: ſimul ⁊ illa noſſe ſe deſinet. Sicut caput capitati alicuius vtiq3 caput eſt. ⁊ relatiue ad ſe dicunt̄: q̄3uis etiā ſubſtantie ſint. Nam ⁊ caput coꝛpus eſt ⁊ capitatum. Et ſi non ſit coꝛpus: nec capita tum erit. Sed hec pꝛeciſione ab inuicem ſe/ parari poſſunt: illa non poſſunt. Quođ ſi ſunt aliqua coꝛpoꝛa que ſecari omnino ⁊ diuidi ne queunt: tamen niſi partibus ſuis conſtarent coꝛpoꝛa non eſſent. pars ergo ad totum rela tiue dicitur: quia omnis pars alicuius toti⁹ pars eſt: ⁊ totum omnibus partibus totum eſt. Sed quoniam ⁊ pars coꝛpus eſt ⁊ totu3: non tantum iſta relatiue dicuntur: ſed etiam ſubſtantialiter dicūtur. Foꝛtaſſis ergo mēs totum eſt: ⁊ eius quaſi partes amoꝛ quo ſe amat: ⁊ ſcientia qua ſē nouit: quibus dua/ bus partibus illud totum conſtat. An tres ſunt equales partes quibus totum vnum completur. Sed nulla pars: totū cuius pars eſt complectitur. Mens vero cum ſe totam nouit: hoc ē perfecte nouit per totū eius ē no/ ticia eius. Et cum ſe perfecte amat: totam ſe amat: ⁊ per totum eius eſt amoꝛ eius. Num ergo ſicut ex vino ⁊ aqua ⁊ melle vna ſit po/ tio: ⁊ ſingula per totū ſunt: ⁊ tamen tria ſunt. nulla enim pars eſt potionis que non habeat hec tria. Nō eni3 iūcta velut ſi aqua ⁊ oleum eſſent: ſed omnino commixta ſunt: ⁊ ſubſtan tie ſunt omnes: ⁊ totus ille liquoꝛ vna que/ dam eſt ex tribus ꝯfecta ſubſtantia. Tale ali/

quid arbitrandū eſt eſſe ſimul hec tria: mē/
teꝫ: amoꝛeꝫ: noticiā. ſed nō vnius ſubſtantie
ſunt aqua: vinuꝫ: ⁊ mel: q̄uis ex eoꝝ cōmix
tione fiat vna ſubſtantia potionis. Quomo/
do aūt illa tria nō ſunt eiuſdē ſubſtantie non
video: cuꝫ mēs ipſa ſe amet: atqꝫ ipſa ſe noue
rit: atqꝫ ita ſint hec tria: vt nō alteri alicui reꝝ
mens vel amata vel nota ſit. Vnius ergo
eiuſdēqꝫ eſſentie neceſſe eſt hec tria ſint: ⁊ iō
ſi tanq̄ꝫ cōmixtiōe ꝯfuſa eēnt: nullo mō eēnt
tria: nec referri ad iuicē poſſent. Quēadmo
moduꝫ ſi ex vno eodemqꝫ auro tres anulos
ſimiles facias: quāuis cōnexos ſibi referun
tur ad inuiceꝫ ꝙ ſimiles ſunt. Omnis enim
ſimilis: alicui ſimilis eſt: ⁊ trinitas anuloꝝ
eſt ⁊ vnuꝫ auruꝫ. At ſi miſceantur ſibi ⁊ per
totam ſinguli maſſam ſuam conſpergantur:
intercidet illa trinitas: ⁊ omnino non erit. ac
non ſolum vnum aurum dicetur: ſicut in il/
lis tribus anulis dicebatur: ſed iaꝫ nulla au/
rea tria.

Q̄ð mens ⁊ amoꝛ ⁊ noticia ⁊ ſingula in ſe
maneant ⁊ omnia in oībus.

Capitu. v.

V T in illis tribus cum ſe nouit mens ⁊
amat ſe: manet trinitas: mens: amoꝛ
noticia: ⁊ nulla cōmixtione cōfundit:
quāuis ⁊ ſingula ſint in ſeipſis: ⁊ inuiceꝫ to/
ta in totis: ſiue ſingula in binis: ſiue bina in
ſingulis. Itaqꝫ omnia in omnibus. Nam
⁊ mens eſt vtiqꝫ in ſeipſa: quoniam ad ſe/
ipſam mens dicitur: quāuis noſcens vel no
ta: vel noſcibilis: ad ſuam noticiam relatiue
dicatur. Amans quoqꝫ ⁊ amata vel amabi/
lis ad amoꝛem referatur: quo ſe amat ⁊ noti/
cia. quāuis referatur ad mentem cognoſcen/
tem vel cognitaꝫ: tamen ⁊ ad ſeipſam nota et
noſcens dicitur. Non eniꝫ ſibi incognita no
ticia: qua ſe mens ipſa cognoſcit. Et amoꝛ q̄ꝫ
uis referatur ad mentem amantem cuius
amoꝛ eſt: tamen ⁊ ad ſeipſum eſt amoꝛ: vt ſit
etiaꝫ in ſeipſo: quia ⁊ amoꝛ amatur. Nec alio
niſi amoꝛe amari pōt: id eſt ſeipſo. Ita ſunt
hec ſingula in ſeipſis. In alterius autem ita
ſunt: quia ⁊ mēs amās in amoꝛe eſt: ⁊ amoꝛ
in amantis noticia: ⁊ noticia in mente noſcē/
te. Singula in binis ita ſunt: quia mens que
ſe nouit ⁊ amat in amoꝛe ⁊ noticia ſua eſt. et
amoꝛ amantis mentis ſeſeqꝫ ſcientis: in mē
te noticiaqꝫ eius eſt. Et noticia mentis ſe ſciē
tis: ⁊ amantis in mente atqꝫ in amoꝛe eius ē
quia ſcientem ſe amat ⁊ amantem ſe nouit.
Ac per hoc ⁊ bina in ſingulis: quia mēs que
ſe nouit ⁊ amat: cum ſua noticia eſt in amoꝛe
⁊ cum ſuo amoꝛe in noticia. Amoꝛ quippe
ipſe ⁊ noticia ſimul ſunt in mēte: que ſe amat
⁊ nouit. Tota vero in totis: quemadmoduꝫ
ſint: iam ſupꝛa oſtendimus: cuꝫ ſe tota mens
amat: ⁊ totaꝫ nouit: ⁊ totuꝫ amoꝛeꝫ ſuuꝫ no/
uit: totamqꝫ amat notitiaꝫ ſuam: quando tria
iſta ad ſeipſa perfecta ſunt. Miro itaqꝫ mo/
do tria iſta inſeparabilia ſunt ⁊ ſemetipſis: ⁊
tamen coꝛuꝫ ſinguluꝫ quodqꝫ ſubſtantia eſt:
⁊ ſimul omnia vna ſubſtātia vl' eſſentia: cū ⁊
relatiue dicantur ad inuicem.

De noticia qua mens non ſoluꝫ ſe: ſed eti/
am alias mentes noſſe regulariter poteſt.

Capitu. vi.

S Ed cuꝫ ſeipſaꝫ nouit humana mēs
⁊ amat ſeipſaꝫ: non aliquid incōmu/
tabile nouit ⁊ amat: aliterqꝫ vnuſ/
quiſqꝫ homo loquendo enunciat mē
teꝫ ſuaꝫ: quid in ſeipſo agatur attēdens. Ali/
ter autē humanaꝫ mentē ſpeciali aut genera
li cognitione diffinit. Itaqꝫ cum mihi de ſua
pꝛopꝛia loquitur: vtruꝫ intelligat hoc: aut il/
lud: aut non intelligat: ⁊ vtrum velit aut no/
lit hoc aut illud: credo. Cum vero de huma/
na ſpecialiter aut generaliter veꝝ dicit: agno
ſco ⁊ appꝛobo. Vnde manifeſtum eſt aliud
vnumquemqꝫ videre in ſe: quod ſibi alius di
centi credat: non tamen videat. aliud autem
in ipſa veritate quod alius quoqꝫ poſſit intue
ri: quoꝛuꝫ alteruꝫ mutari per tempoꝛa: alteꝝ
incōmutabili eternitate cōſiſtere. Neqꝫ eniꝫ
oculis coꝛpoꝛeis multas mentes videndo ꝑ
ſimilitudineꝫ colligimus: generaleꝫ vel ſpe/
cialem mentis humane noticiam: ſed intue/
mur inuiolabilem veritatem ex qua perfecte
quantuꝫ poſſumus diffiniamus. non qualis
ſit vniuſcuiuſqꝫ hominis mens: ſed qualis
eſſe ſempiternis rationibus debeat. Vnde
etiam phantaſias reruꝫ coꝛpoꝛaliuꝫ per coꝛ/
poꝛis ſenſum hauſtas ⁊ quodāmodo infu/
ſas memoꝛie: ex quibus etiā ea que non viſa
ſunt ficto phantaſmate cogitant: ſiue alter q̄ꝫ
ſunt: ſiue foꝛtuitu ſicuti ſunt: alijs omnino re
gulis ſupꝛa menteꝫ noſtraꝫ incōmutabiliter
manentibus: vel appꝛobare apud noſmet/

ipſos: vel improbare conuincimur: cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nā cū ⁊ recolo carthaginis menia que vidi: ⁊ cum fingo alexandrie que non vidi: eaſdemqꝫ imaginarias formas quaſdā quibuſdā preferens: rationabiliter prefero: viget et claret deſuper iudiciū veritatis: ac ſui iuris incorruptiſſimis regulis firmum eſt. Et in corporalium imaginū quaſi quodam nubilo ſubtexitur non tamen inuoluitur atqꝫ confunditur. Sed intereſt vtrū ego ſub illa: vel in illa caligine: tanqꝫ a celo perſpicuo ſecludar: an ſicut in altiſſimis montibus accidere ſolet: inter vtrūqꝫ aere libero fruens: ⁊ ſereniſſimā lucem ſupra: ⁊ denſiſſimas nebulas ſubter aſpiciā. Nā vnde in me fraterni amoris inflāmatur ardor: cū audio virū aliquem pro fidei pulchritudine ⁊ firmitate: acria tormenta toleraſſe. Et ſi mihi digito oſtēdatur ipſe homo: ſtudeo mihi cōiungere: notū facere: amicitia colligare. Itaqꝫ ſi facultas datur accedo: alloquor: ſermonē confero: affectū meū in illum quibus verbis poſſum exprimo: viciſſimqꝫ in eo fieri quē in me habeat atqꝫ exprimi volo. ſpiritalemqꝫ complexum credendo molior: quia perueſtigare tam cito ⁊ cernere penitus eius interiora nō poſſum. Amo itaqꝫ fidelem ⁊ fortē virum: amore caſto atqꝫ germano. Quod ſi mihi inter noſtras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo ſeſe indicet: quod vel de deo credat incongrua: atqꝫ in illo quoqꝫ carnale aliquid deſideret: ⁊ pro tali errore illa pertulerit: vel ſperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: ſtatim amor ille quo in eum ferebar offenſus: ⁊ quaſi repercuſſus: atqꝫ ab indigno homine ablatus: mea forma permanet: ex qua eū talem credens amaueram. Niſi forte ad hoc amo iam vt talis ſit: cum talē non eſſe compererō. At in illo homine nihil mutatum eſt: mutari tamen poteſt vt fiat: quod cum iam eſſe crediderā: In mente autē mea mutata eſt vtiqꝫ ipſa extimatio: que de illo aliter ſe habebat: ⁊ aliter habet. Idēqꝫ amor ab intentione perfruendi: ad intentionem conſulendi: incōmutabili deſuper iuſticia iubente deflexus eſt. Ipſa vero forma inconcuſſe ac ſtabilis veritatis. ⁊ in qua fruerer homine: bonū eū credens. ⁊ in qua cum conſulo: vt bonus ſit: eadem luce incorruptibilis ſinceriſſimeqꝫ rationis: ⁊ mee mentis aſpectū: ⁊ illam phantaſie nubem quā deſuper cerno cum eundē hominē quē viderā cogito in perturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre ⁊ equaliter intortū quē vidi: verbi gratia: carthagini animo reuoluo: res quedā menti nunciata per oculos memorieqꝫ transfuſa imaginariū conſpectū facit. Sed aliud mēte conſpicio ſecundū quod mihi opus illud placet: vnde etiā ſi diſpliceret: corrigerem. Itaqꝫ de iſtis ſecundū illam iudicamus: ⁊ illā cernimus rationalis mentis intuitu. Iſta vero aut preſentia ſenſu corporis tangimus aut imagines abſentiū fixas in memoria recordamur: aut ex earū ſimilitudine talia fingimus: qualia noſipſi ſi vellemus atqꝫ poſſemus: etiam opere moliremur. Aliter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes. aliter autē rationes artemqꝫ ineffabiliter pulchrā talium figurarū ſuper aciem mentis ſimplici intelligētia capiētes.

De verbo quod mens ex eterna concipit veritate.

Capitu. vij.

In illa igitur eterna veritate ex qua tēporalia facta ſunt omnia: formā ſecundū quā ſumus: ⁊ ſecundū quam vel in nobis vel in corporibus vera ⁊ recta ratione aliquid operamur viſu mentis aſpicimus: atqꝫ inde conceptā rerū veracem noticiā: tanqꝫ verbū apud nos habemus: ⁊ dicendo intus gignimus: nec a nobis naſcēdo diſcedit. Cum autē ad alios loquimur: verbo intus manenti miniſteriū vocis adhibemus. aut alicuius ſigni corporalis: vt ꝑ quādā cōmemorationē ſenſibilē tale aliquid fiat etiam in animo audiētis: quale de loquētis animo nō recedit. Nihil itaqꝫ agimus ꝑ membra corporis in factis dictiſqꝫ noſtris: quibus vel approbantur vel improbant̄ mores hominum: quod non verbo apud nos intus edito preuenimus. Nemo enim volens aliquid facit: quod nō in corde ſuo ꝓus dixerit. Quod verbū amore concipitur: ſiue creature: ſiue creatoris. id eſt aut nature mutabilis: aut incōmutabilis veritatis.

Qualiter amore diligi debeat creatura.

Capitulū. viij.

Ergo aut cupiditate: aut caritate: nõ quo nõ ſit amanda creatura: ſed ſi ad creatorem refertur ille amor: non iã cupiditas ſed caritas erit. Tunc eniz eſt cupiditas cum propter ſe amatur creatura. tunc non vtentez adiuuat: ſed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis: aut inferior creatura ſit: inferiore vtendum eſt ad deuz. pari autez fruendum: ſed in deo. Sicut eniz teipſo: non in teipſo frui debes: ſed in eo qui fecit te. Sic etiam illo: quẽ diligis: tanquã teipſuz. ⁊ nobis ergo ⁊ fratribus in domino fruamur. ⁊ inde nos nec ad noſmet ipſos remittere: ⁊ quaſi relaxare deorſuz verſus audeamus. Naſcitur aũt verbũ cum excogitatũ placet: aut ad peccandũ: aut ad recte faciendũ. Verbũ ergo noſtrum ⁊ mentẽ de qua gignitur quaſi medius amor coniungit: ſeqꝫ cum eis tertium cõplens incorporeo fine vlla ꝯfuſione cõſtringit.

Quo differat dilectio reruz ſpiritaliũ ab amore carnalium.

Capitulũ. ix.

Conceptũ autem verbum ⁊ natuz id ipſuz eſt: cuz voluntas in ipſa noticia ꝯquieſcit: quod fit in amore ſpiritaliuz. Qui eniz: verbi gratia: perfecte nouit: perfecteqꝫ amat iuſticiã: iã iuſtus eſt: etiã ſi nulla exiſtat ſecundũ eã forinſecus per mẽbra corporis operãdi neceſſitas. In amore aũt carnaliũ tẽporaliũqꝫ rerũ. ſicut in ipſis animaliũ fetibus: alius eſt conceptus verbi: alius partus. Illic eniz quod cupiendo concipitur: adipiſcendo naſcitur. Quoniã non ſufficit auaricie noſſe: ⁊ amare aurum: niſi ⁊ habeat. Neqꝫ noſſe ⁊ amare veſci: aut concũbere: niſi etiã id agat: neqꝫ noſſe ⁊ amare

Job.14 honores ⁊ imperia: niſi proueniant. Que tamen omnia: nec adepta ſufficiunt. Qui eniz

Pẽ.7 biberit ex hac inquit aqua: ſitiet iterũ. Ideo qꝫ ⁊ in pſalmo. Cõcepit inquit dolorẽ: ⁊ peperit iniquitatem. Dolorẽ vel laborem dicit concipi: cũ ea concipiuntur que noſſe ac velle nõ ſufficit: ⁊ inardeſcit atqꝫ egrotat anim⁹ indigentia: donec ad ea perueniat: ⁊ quaſi pariat ea. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur: ⁊ reperta atqꝫ cõperta. que verba quaſi a partu ducta reſonant. Quia cõcu

Jac. j. piſcẽtia cuz conceperit parit peccatũ. Vnde dominus clamat. Venite ad me omnes q laborãtis ⁊ onerati eſtis. Et alio loco. Ve pregnãtibus: ⁊ lactantibus in illis diebus. Cum itaqꝫ ad partum verbi referret omnia vel recte facta vel peccata: ex ore inquit tuo iuſtificaberis: ⁊ ex ore tuo condẽnaberis: os volens intelligi: non hoc viſibile: ſed interi⁹ inuiſibile cognitionis ⁊ cordis. math. ij ibi. 14.

Nõ omnia que noticia cõprehendit dici poſſe cõcepta. Ca. x.

Recte ergo queriť: vtruz omnis noticia verbuz: an tantum amata noticia. Nouimus enim ⁊ ea que odimus. Sed nec cõcepta: nec parta dicenda ſunt animo: que nobis diſplicent. Non eniz omnia que quoquo modo tangũt concipiuntur: vt tantũ nota ſint. nõ tamẽ verba dicantur ſicut iſta de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba que ſpacia temporũ ſyllabis tenent: ſiue pronũcientur: ſiue cogitenť. aliter omne quod notuz eſt verbuz dicitur animo ĩpreſſuz quãdiu de memoria proferri ⁊ diffiniri poteſt: quãuis res ipſa diſpliceat. aliter cũ placet quod mente concipiť. Secundũ quod genus verbi accipiendũ eſt quod ait apoſtolus. Nemo dicit dñs ieſus: niſi in ſpiritu ſancto: cũ ſecundũ aliã verbi notionẽ dicant ⁊ illi. De quibus ipſe dñs ait. Nõ omnis q dicit mihi domine dñe: intrabit in regnum celorum. Verũtamen cum ⁊ illa que odimus recte diſplicent: recteqꝫ improbantur: approbatur eorum improbatio: ⁊ placet ⁊ verbum eſt. Neqꝫ vitiorũ noticia nobis diſplicet: ſed ipſa vitia. Nam placet mihi qḋ noui: ⁊ diffinio quid ſit intemperantia: ⁊ hoc eſt verbum eius: ſicuti ſunt in arte nota vitia. Et recte approbať eoꝝ noticia: cũ diſcernit cognitor ſpeciez priuationẽqꝫ virtutis: ſicut aire: ⁊ negare: eſſe ⁊ nõ eſſe. Attamẽ virtute priuari atqꝫ in vitium deficere damnabile eſt. Et diffinire intemperantiam verbũqꝫ eius dicere pertinet ad artez morum. Eſſe autez intẽperãtez ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut noſſe ac diffinire quid ſit ſolecciſmus pertinet ad artem loquẽdi: facere autez vitiũ eſt: quod eadem arte repꝛhẽditur. Verbũ ẽ igiť: quod nũc diſcernere ac inſinuare volumus j Cõ. 12 Mat. 7

cũ amore: notitia. Cũ itaq; ſe mens nouit
ꝛ amat: iũgit amore verbũ eius. Et quoniaʒ
amat notitiaʒ: ꝛ nouit amorem ꝛ verbum in
amore eſt: ꝛ amor in verbo: ꝛ vtrũq; in amã
te atq; d cente. Sed omnis ſecũduʒ ſpeciem
notitia: ſimilis eſt ei rei quam nouit. Et eniʒ
alia notitia ſecunduʒ priuationeʒ quaʒ cuʒ im
probamus: loquimur. Et hec priuatiõis im
probatio ſpecieʒ laudat: ideoq; approbatur.
Concepte notitie ſimilitudineʒ nunc ad equa
litatem mentis accedere: cum id quod cogno
ſcitur: neq; inferioris neq; ſuperioris natu
re eſt.

Capitulũ.xi.

Habet ergo animus nõnullam ſpeciei
note ſimilitudineʒ: ſiue cuʒ ea placet:
ſiue cuʒ eius priuatio diſplicet. Quo
circa inquantũ deũ nouimus: ſimiles ſum⁹.
Sed nõ ad equalitatẽ ſimiles: quia nec tan
tũ eũ nouimus: quantũ ipſe ſe. Et queadmo
dum cum per ſenſuʒ corporeis diſcimus cor
pora: fit eorum aliqua ſimilitudo in animo
noſtro: que phantaſia memorie eſt. Nõ eniʒ
oĩno ipſa corpora in aĩo ſunt: cum ea cogita
mus: ſed eorũ ſimilitudines. Itaq; cũ eas ꝓ
illis approbamus: erramus. Error nãq; eſt
pro alio alterius approbatio. Melior eſt tñ
imaginatio corporis in animo: q̃ illa ſpecies
corporis: inquantũ hec in meliore natura eſt
id eſt in ſubſtãtia vitali ſicuti animus ẽ: ita cũ
deũ nouimus: q̃uis meliores efficiamur q̃
eram⁹ anteq̃ noſſemus: maximeq; cũ eadẽ
noticia etiã placita digneq; amata verbuʒ eſt:
fitq; aliqua dei ſimilitudo illa notitia: tñ infe
rior eſt: q2 in inferiore natura eſt. Creatura
quippe animus: creator auteʒ deus. Ex quo
colligitur: quia cum ſe mens ipſa nouit atq;
approbat: ſic eſt eadem noticia verbum eius
vt ei ſit par omnino ꝛ equale: atq; identidem
quia neq; inferioris eſſentie noticia eſt: ſicut
corporis. neq; ſuperioris ſicut dei. Et cum
habeat noticia ſimilitudineʒ ad eaʒ reʒ quam
nouit. hoc eſt cuius noticia eſt: hec habet per
fectam ꝛ equalem qua mens ipſa que nouit
eſt nota. Ideoq; ꝛ imago ꝛ verbuʒ eſt. q2 de
illa exprimitur cum cognoſcendo eidem co
equatur: et eſt gignenti equale quod geni
tum eſt.

Cur ſicut noticia mentis eſt proles: non etiã
amor partus eiuſdem ſit.

Ca.xij.

Quid ergo amor. nõ erit imago. nõ ver
bũ. non genitus. Cur enim mẽs no
ticiã ſuã gignit cum ſe nouit: ꝛ amorẽ
ſuum nõ gignit cuʒ ſe amat. Nam ſi propte
rea eſt notionis ſue cauſa quia noſcibilis eſt:
amoris etiam ſui cauſa eſt: quia eſt amabilis
Cur vtrunq; itaq; nõ genuerit: difficile eſt
dicere. Hec enim queſtio etiam de ipſa ſum
ma trinitate: omnipotentiſſimo creatore deo Geñ. j
ad cuius imagineʒ hõmo factus eſt: ſolet mo
uere homines: quos veritas dei per huma
nam locutionem inuitat ad fidem. Cur non
ſpiritus quoq; ſanctus a patre deo genitus
vel creditur vel intelligitur: vt filius etiam
ipſe dicatur. Quod nunc in mente humana
vtcunq; inueſtigare conamur: vt ex inferio
re imagine in qua nobis familiarius natura
ipſa noſtra quaſi interrogata reſpondet exer
citatiorem mentis aciem ab illuminata crea
tura ad lumen incõmutabile dirigamus. Si
tamen veritas ipſa perſuaſerit: ſicut dei ver
bum filium eſſe nullus chriſtianus dubitat.
ita caritatem eſſe ſpiritumſanctum. Ergo ad
imagineʒ illam que creatura eſt. hoc eſt ad ra
tionalem mẽtem: diligẽtius de hac re inter
rogandam conſiderandãq; redeamus: vbi
temporaliter exiſtens nonnullarum rerum
noticia que ante non erat: ꝛ aliquarum rerũ
amor: que antea non amabantur diſtinctius
nobis aperit quid dicamus: quia ꝛ ipſi locu
tioni temporaliter dirigende: facilior eſt ad
explicandum res que in ordine temporum
comprehenditur. Primo itaq; manifeſtuʒ
ſit poſſe fieri vt ſit aliquid ſcibile. id eſt quod
ſciri poſſit: ꝛ tamen neſciatur. illud auteʒ fie
ri non poſſe vt ſciatur: quod ſcibile non fue
rit. Unde liq̃do tenendum eſt ꝙ omnis res
quãcunq; cognoſcimus congenerat in no
bis noticiam ſui. Ab vtroq; enim noticia pa
riter: a cognoſcente ꝛ cognito. Itaq; mens
cum ſeipſam cognoſcit: ſola parens eſt noti
cie ſue: ꝛ cognitum enim ꝛ cognitor ipſa eſt.
erat autem ſibi ipſa noſcibilis: ꝛ anteq̃ ſe noſ
ſet: ſed noticia ſui non erat in ea: cum ſeipſa
non nouerat. Quod ergo cognoſcit ſe: pa
rem ſibi noticiam ſui gignit: quia non mi
nus ſe nouit quã eſt. nec alterius eſſentie eſt
noticia eius: non ſolum quia ipſa nouit: ſed
etiam quia ſeipſam: ſicut ſupra diximus

Quid ergo de amore dicēdū ē. cur nō etiam
cū ſe amat: ipm̄ quoqꝫ amorē ſui genuiſſe vi
deaꝭ. Et eni amabilis ſibi. ⁊ añqꝫ ſe amaret:
qꝛ poterat ſe amare ſicut erat ſibi noſcibilis ⁊
anteqꝫ ſe noſſet: qꝛ poterat ſe noſſe. Nā ſi nō
ſibi eſſet noſcibilis: nunqꝫ ſe noſſe potuiſſet.
Ita ſi nō ſibi eſſet amabilis: nūqꝫ amare po
tuiſſet. Cur itaqꝫ amando ſe nō genuiſſe di/
catur amorē ſuū: ſicut cognoſcendo ſe genuit
noticiā ſuaꝫ. In eo quidē maniſeſte oſtendit
hoc amoris eſſe principium: vnde procedit:
ab ipſa quidē mente procedit: que ſibi ē ama
bilis anteqꝫ ſe amet atqꝫ ita principiū eſt amo
ris ſui: quo ſe amat. Sed ideo non recte diciꝭ
genitus ab ea ſicut noticia ſui qua ſe nouit: qꝛ
noticia iam inuentū eſt quod partuꝫ repertuꝫ
diciꝭ: quod ſepe p̄cedit inquiſitio eo fine qetu
ra. Nā inquiſitio ē appetitus inueniēdi: qđ
idē valet: ſi dicas reperiēdi. Que āt reperiū
tur: quaſi pariunꝭ: vnde ꝓli ſimilia ſunt: vbi
niſi in ipſa noticia. Ibi eni quaſi expreſſa for
mantur. Nā ⁊ſi iam erant res quas queren/
do inuenimus: noticia tamen ipſa non erat:
quā ſicut prolē naſcenteꝫ deputamus. porro
appetitus ille qui eſt in querendo procedit a que
rente: ⁊ pendet quodāmodo. neqꝫ requieſcit
ſine quo intendiꝭ: niſi id quod queritur inuē
tum: querenti copuleꝭ. Qui appetitus. id eſt
inquiſitio: quāuis amor eſſe nō videaꝭ: quo
id quod notū eſt: amatur. hoc enim adhuc vt
cognoſcatur agiꝭ: tamen ex eodē genere quid
dā eſt. Nam voluntas iam dici poteſt: quia
omnis qui querit inuenire vult: ⁊ ſi id queriꝭ
quod ad noticiaꝫ ꝑtineat: omnis q̄ querit noſ
ſe vult. Quod ſi ardenter atqꝫ inſtanter vult
ſtudere dicitur: quod maxime in aſſequēdis
atqꝫ adipiſcendis quibuſqꝫ doctrinis dici ſo
let. Partum ergo mentis antecedit appetitꝰ
quidam: quo id quod noſſe volumus: querē
do ⁊ inueniendo naſcitur proles ipſa noticia
ac per hoc appetitus ille quo concipitur pari
turqꝫ noticia: partus ⁊ proles recte dici non
poteſt. Idemqꝫ appetitus quo inhiaꝭ rei co/
gnoſcende: fit amor cognite: dum tenet atqꝫ
amplectitur placitā prolem. id eſt noticiaꝫ gi
gnentiqꝫ coniungit Et eſt quedaꝫ imago tri
nitatis: ipſa mens ⁊ noticia eius: quod eſt ꝓ
les eius: ac de ſeipſa verbuꝫ eius: ⁊ amor ter
tius. ⁊ hec tria vnū atqꝫ vna ſubſtantia. Nec
minor proles: dū tantam ſe nouit mens quā
ta eſt: nec minor amor dum tantum ſe diligit
quantum nouit ⁊ quanta eſt.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

j De ſtudijs diſcere amantium qđ igno
rant: quod tamē nō expeterent ſcire ſi
penitus ignorarent.
ij Quibus cauſis amari videntur cogni
ta: cum ipſa ſcientia eorum que neſci/
mus expetitur.
iij An incognita ſibi ſit mens cū ſe queriꝭ
vt nouerit.
iiij De proprijs mentis que nō pōt igno
rare.
v In quo mens noſſe ſe debeat: ⁊ a qui
bus abſtinēre ne eis quaſi proprijs de
lectetur: atqꝫ in ſe minus nouerit.
vi In quibus mens de ſe cogitans poſſit
errare.
vij De opinionibus eorum qui mentē ali
quid precipuū corporis eſſe ſenſerūt.
viij Qđ mens noſſe ſe querens: nihil de ſe
corporeum debet cogitare.
ix Quō mēs cognoſcit ſeipſam.
x Qđ mens noſſe ſe cupiens nihil eorū
de ſe opinari debeat: de quibus ſcit eē
dubitandum.
xi De memoria: intelligentia ⁊ volunta
te: in quibus mens habꝫ in ſe quandā
imaginem diuine trinitatis.
xij De querenda imagine trinitatis etiaꝫ in
his que anima ex corporis ſentibus cō
cipit.

Aurelij auguſtini epiſcopi de trinitate liber
decimus incipit.

De ſtudijs diſcere amantiū qđ ignorāt: qđ
tamen non expeterent ſcire ſi penitus igno/
rarent.

Capitulū. j.

Nunc ad ea ipſa conſequenter
enodatius explicāda limatior
n accedat intentio. Ac primum
quia reꝫ prorſus ignotā ama/
re omnino nullꝰ poteſt diligē
ter intuendum eſt cuiuſmodi
ſit amor ſtudentium. id eſt nō

ſam ſciẽtiũ: ſed adhuc ſcire cupientiũ quãq;
doctrinã. Et in his quippe rebus in quibus
nõ vſitate dicit̃ ſtudium: ſolent exiſtere amo/
res ex auditu: dum cuiuſq; pulchritudinis fa
ma ad videndũ ac fruendũ animus accendit̃
quia generaliter nouit corpoꝝ pulchritudi/
nes: ex eo ꝙ plurimas vidit: ⁊ ineſt intrinſe/
cus vnde approbet̃: cui forinſecus inhiatur.
Quod cũ ſit: nõ rei penitus incognite amor
excitatur: cuius genus ita notũ eſt. Cum aũt
virũ bonum amamus: cuius faciem non vi/
dimus: ex noticia virtutũ amamus: quas no
uimus in ipſa veritate. Ad doctrinas autem
cognoſcendas: plerumq; nos laudantiũ atq;
predicantiũ accẽdit auctoritas. Attamen niſi
breuiter impreſſaꝫ cuiuſq; doctrine haberemꝰ
in animo notionẽ: nullo ad eã diſcendã ſtu/
dio: flagraremus. Quis enim ſciende: ver/
bi gratia: rhetorice vllã curam ⁊ operã impẽ
deret: niſi ante ſciret eã dicẽdi eſſe ſcientiam.
Aliquãdo etiaꝫ ipſaꝝ doctrinaꝝ fines audi/
tos expertoſue miramur: ⁊ ex hoc inardeſci/
mus facultateꝫ cõparare diſcẽdo qua ad eos
ꝑuẽnire poſſimus. Tanq̃ ſi litteras neſciẽ/
ti dicat̃: quandam eſſe doctrinam qua quiſq;
valeat: quãuis lõge abſenti verba mittere ma
nu facta in ſilẽtio: que rurſus ille cui mittunt̃
nõ auribus: ſed oculis colligat: idq; fieri vi/
deat. Nõne dũ cõcupiſcit noſſe quod id poſ/
ſit: omni ſtudio circa illum finem mouet̃: quẽ
iã notuꝫ tenet. Sic accedunt̃ ſtudia diſcentiũ
Nam qđ quiſq; prorſus ignorat: amare nul
lo pacto põt. Ita etiaꝫ ſignum ſi quis audiat
incognitum: veluti verbi alicuius ſonũ quo
quid ſignificet̃ ignorat: cupit ſcire quid nã ſit
id eſt ſonus ille cui rei cõmemorande inſtitu
tus ſit: veluti audiat cum dicit̃ temetũ: ⁊ igno
rans quid ſit: requirat. Jam itaq; oportet vt
nouerit ſignũ eſſe. id eſt nõ eſſe inanẽ illam
vocẽ: ſed aliquid ea ſignificari. Alioqñ iã no
tũ eſt h̃ triſſyllabũ: ⁊ articulatã ſpeciẽ ſuã im/
p̃ſſit aĩo ꝑ ſenſuꝫ auriũ. Quid amplius in eo
reqrat̃: quo magis inoteſcat: cuiꝰ oẽs l̃re eia
q; ſoni ſpacia nota ſunt: niſi: q2 ſimul innotuit̃
ſignũ eſſe: mouitq; ſciendi cupiditatẽ: cuius
rei ſignũ ſit. Quo igit̃ amplius notũ eſt: ſed
nõ plene notũ ẽ eo cupit aĩus de illo noſſe qđ
reliquuꝫ ẽ. Si eni tãtũmõ eſſe iſtã vocẽ noſ
ſet: eãq; alicuiꝰ rei ſignũ eſſe nõ eſſet: nihil iã
q̃reret de ſenſibili re: quãtũ poterat ſentiẽdo

ꝑcepta. Quia x̃o nõ ſolũ eẽ vocẽ: ſꝫ ⁊ ſignũ
eſſe iã nouit: ꝑfecte id noſſe vult. Neq; vllũ
ꝑfecte ſignũ noſcit̃: niſi cuiꝰ rei ſignũ ſit cog
ſcat̃. Hoc ğ q ardẽti cura q̃rit vt nouerit: ſtu
dioq; accẽſus iſiſtit: nõ põt dici eſſe ſine amo
re. Quid igit̃ amat. certe eni amari aliqd niſi
notũ nõ poteſt. Neq; ille iſtas tres ſyllabas
amat: q2 ſcit eas ſignificare aliquid: nõ inde
nunc agit̃. nõ eni hoc noſſe q̃rit. Sꝫ in eo qđ
ſcire ſtudet qd amet: inq̃rimus. qđ ꝓfecto nõ
dũ nouit. ⁊ ꝓpterea miramur: cur amet: qñ
firmiſſime nouimꝰ amari niſi nota nõ poſſe.
Quid ğ amat. niſi q2 nouit atq; intuet̃ in rõ/
nibꝰ reꝝ q̃ ſit pulchritudo doctrine: q̃ ꝯtinet̃
notitie ſignorũ oĩuꝫ: ⁊ q̃ ſit vtilitas in ea peri
tia: q̃ inter ſe humana ſocietas ſenſa cõmuni/
cat: ne ſibi hoĩuꝫ cetꝰ deteriores ſint q̃zuis ſo
litudine: ſi cogitatiões ſuas colloquẽdo non
miſceant̃. Hãc ğ ſpeciẽ decorẽ ⁊ vtilẽ cernit
aĩa: ⁊ nouit: ⁊ amat: eãq; in ſe perfici ſtudet
quantũ põt: qſqs vocũ ſignificantiũ: queeũq;
ignorat: inq̃rit. Aliud eſt eniꝫ qđ eã in veri/
tatis luce ꝯſpicit: aliud qđ in ſua facultate con
cupiſcit. Cõcupiſcit nãq; in luce veritatis: q̃z
magnũ ⁊ q̃z bonũ ſit: oẽs: oĩum gentiũ lingu
as intelligere ac loqui: nullãq; vt alienigena
audire ⁊ a nullo ita audiri. Cuiꝰ noticie decꝰ
cogitatiõe iam cernit̃: amaturq; res nota: q̃
ita ꝯſpicit̃: atq; inflamat ſtudia diſcentiuꝫ: vt
circa eã moueant̃ eiq; inhient in omni ope/
ra: quã impẽdũt ꝯſequendi tali facultati: vt ẽt
vſu amplectant̃ qđ ratione p̃noſcunt: atq; ita
quiſq; cui facultati ſpe ꝓpinquat: ei ferue̾ntiꝰ
amore inardeſcit. Eis doctrinis quippe ſtu/
det̃ vehemẽtius: q̃ capi poſſe nõ deſperant̃.
Nã cuiꝰ rei adipiſcende ſpem qſq; nõ gerit:
aut tepide amat: aut oĩno nõ amat: q̃zuis quã
pulchra ſit videat. Quo circa: q2 oĩuꝫ lingua
rũ ſciẽtia fere ab oĩbus deſperat̃: ſue gentis
qſq; maxime ſtudet: vt nouerit. Qđ ſi ⁊ illi
ad ꝑfectũ ꝑcipiẽde ſe nõ ſufficere ſentit nemo
tñ tam deſidioſus eſt huius notitie: q nõ cum
audierit incognitũ verbũ: velit noſſe qd illud
ſit: ⁊ ſi põt: q̃rat ⁊ diſcat. Qđ dũ querit: vtiq;
in ſtudio diſcendi eſt: ⁊ videt̃ amare rẽ inco/
gnitã: quod nõ ita eſt. Species nãq; illa tan
git animũ quaꝫ nouit ⁊ cogitat: in qua elucet
decus ꝯſociandoꝝ animoꝝ: in vocibus no/
tis audiendis: atq; reddẽdis: eaq; accendit
ſtudio querentẽ quidẽ qđ ignorat: ſed notaꝫ

formã quo id pertineat intuentes ⁊ amantes. Itaq; ſi querenti: verbi gratia: qd ſit temetũ hoc enĩ exẽpli cauſa poſuerã: dicat: quid ad te ptinet. reſpõdebit. Ne forte audiã loquentẽ: ⁊ nõ intelligã: aut vſpiam forte id legã: ⁊ qd ſcriptor ſenſerit neſciã. Quis tandem huic dicat: noli intelligere quod audis. noli noſſe qd legis. Omnib⁹ enĩ fere animis rõnalibus in ꝓmptu eſt: ad vidẽdũ huius peritie pulchritudo: qua hiũ inter ſe cogitatata: ſignificantiũ vocũ enunciatione noſcunt̃ propter hoc notũ decus: ⁊ ob hoc amatũ qꝛ notũ ſtudioſe querit̃ verbũ illud ignotũ. Itaq; cũ audierit atq; cognouerit temetũ: a veteribus vinũ appellatũ: ſed iã ex vſu loquẽdi quẽ nũc habemus hoc vocabulũ emortuũ ꝓpter nõnullos fortaſſe veterũ libros ſibi neceſſariũ deputabit. Si aũt ⁊ illos ſupuacaneos hꝫ: forte iam nec dignũ qđ memorie cõmendet exiſtimat: qꝛ videt ad illã ſpeciẽ doctrine quã notã mẽte intuet̃ atq; amat: minime ptinere. Quãobrẽ oĩs amor ſtudẽtis animi: hoc eſt volentis ſcire qđ neſcit: non eſt amor eius rei quã neſcit: ſed eius quã ſcit: ꝓpter quã vult ſcire qđ neſcit. aut ſi tã curioſus eſt. vt nõ ꝓpter cauſam aliã notã: ſed ſolo amore rapiat̃ incognita ſciẽdi: diſcernendus quidẽ eſt a ſtudioſi noĩe iſte curioſus: ſed nec ipſe amat incognita: imo cõgruentius dicit̃: odit incognita: que nulla eſſe vult: dũ vult oĩa ẽẽ cognita. Sed ne qſq̃ nobis difficiliorẽ referat queſtionẽ: aſſerens tam non poſſe quẽq̃ odiſſe qđ neſcit. q̃ nõ põt amare qđ neſcit: ſi reſiſtimus verbis: ſed intelligendũ eſt: non hoc idẽ dici cum dicitur: amat ſcire incognita: ac ſi diceretur: amat incognita. Illud enĩ fieri põt vt amet quiſq; ſcire incognita. vt autem amet incognita nõ põt. Nõ enĩ fruſtra ibi eſt poſitũ ſcire: Quoniã qui ſcire amat incognita: non ipſa incognita: ſed ipſum ſcire amat. Qđ niſi haberet cognitũ neq; ſcire ſe quicquã poſſet fidenter dicere: neq; neſcire. Nõ ſolum enim q dicit ſcio: ⁊ verũ dicit: neceſſe eſt vt qd ſit ſcire ſciat: ſed etiã q dicit neſcio: idq; fidider ⁊ verũ dicit: ⁊ ſcit verum ſe dicere. ſcit vtiq; quid ſit ſcire: qꝛ ⁊ diſcernit abſciente neſcientẽ: cũ veraciter ſe intuens dicit neſcio. Et cũ ipſe ſcit ſe verũ dicere: vnde ſciret: ſi quid ſit ſcire: neſciret.

Quibus cauſis amari vident̃ cognita: cum ipſa ſcientia eorum que neſcimus expetitur. Capi. ij.

Quilibet igit̃ ſtudioſus: quilibet curioſus nõ amat incognita: eciã ardentiſſimo appetitu inſtat ſcire qđ neſcit. Aut enim iam genere notũ habet quod amat: idq; noſſe expetit: etiã in aliqua re ſingula: vel in ſingulis reb⁹ q̃ illi nõdũ note forte laudãt̃ fingitq; animo imaginariã formam qua excitet̃ in amorem. Unde autẽ fingit: niſi ex his que iã nouerat. Cui tñ forme animo figurate atq; in cogitatiõe notiſſime: ſi eam que laudabatur diſſimilem inuenerit: fortaſſe non amabit. Quod ſi amauerit: ex illo amare incipiet ex quo didicit. pauloante qppe alia erat que amabatur: quam ſibi animus formans exhibere conſueuerat. Si aũt illi forme ſimilem inuenerit quam fama predicauerat: cui vere poſſit dicere: iam te amabam. nec tunc vtiq; amabat incognitam: quam in illa ſimilitudine nouerat. Aut i ſpecie ſempiterne rationis videmus aliquid ⁊ ibi amam⁹: quod cum expreſſum in aliqua rei tẽporalis effigie illis qui experti ſunt laudantibus ⁊ amamus. ⁊ credimus: nõ aliquid amamus incognitũ. vñ iam ſupra ſatis diſſeruimus. Aut aliquid notũ amamus: propter quod ignotũ aliquid querimus. cuius ignoti amor nequaq̃ nos tenet: ſed illius cogniti quo ptinere nouimus. vt illud etiã qđ adhuc ignotũ querimus nouerimus. ſicut de incognito verbo pauloante locutus ſum. Aut ipſũ ſcire quiſq; amat: qđ nulli ſcire aliqd cupiẽti eſſe incognitũ põt His cauſis vident̃ amare incognita: qui ſcire aliqd volũt qđ neſciunt: ⁊ ꝓpter ardentiorẽ querendi appetitum ſine amore eſſe dici non poſſunt. Sed quãq̃ ſe res aliter habeat nec omnino quicq̃ ametur incognitũ: arbitror me perſuaſiſſe verũ diligenter intuentib⁹: Sed qꝛ exẽpla q̃ dedimus eorũ ſunt qui aliquid qđ ipſi nõ ſunt noſſe cupiunt: videndũ eſt ne forte aliquod nouũ genus appareat cum ſeipſa mens noſſe deſiderat.

An incognita ſibi ſit mẽs cũ ſe querit vt nouerit. Capi. iij.

Quid ergo amat mens: cũ ardenter ſe ipſam querit vt nouerit: dum incognita ſibi eſt. Ecce enĩ mẽs ſemetipſam querit vt nouerit: ⁊ inflammatur hoc ſtudio. Amat igitur. Sed quid amat. Seipſam.

Quō:cū ſe nōdū nouerit nec qſq̄ poſſit amare qđ neſcit. An ei i fama ƥdicauit ſpeciē ſuā ſicut de abſētibus ſolem⁹ audire. Forte ḡ ſe nō amat:ſ3 qđ de ſe fingit hoc amat. lōge fortaſſe aliud q̄3 ipſa eſt. aut ſi ſe mens ſui ſimilē fingit:⁊ ideo cū hoc figmentū amat:ſe amat anteq̄3 nouerit:q2 id qđ ſui ſimile eſt intuet̃. Nouit igit̃ al's mētes ex qbus ſe fingat:⁊ genere ipſo ſibi nota eſt. Cur ḡ cū alias mētes nouit:ſe nō nouit:cū ſeipſa nihil poſſit eſſe ƥſenti⁹. Qđ ſi vt oculis corpis magis alij oculi noti ſunt:q̄3 ipſi ſibi:nō ſe ergo q̄rant nūq̄3 inuētura. Nunq̄3 eni3 ſe oculi pter ſpecula videbūt. Nec vllo mō putandū eſt etiā reb⁹ incorporeis cōtemplandis tale aliquid adhiberi:vt mens tāq̄3 in ſpeculo ſe nouerit. An in rōne veritatis eterne videt q̄3 ſpecioſu3 ſit noſſe ſemetipām:⁊ h̄ amat:qđ videt ſtudetq3 in ſe fieri:q2 q̄uis ſibi nota nō ſit:notū tñ ei ē q̄3 bonū ſit vt ſibi nota ſit. Et h̄ qdē pmirabile ē:nōdū ſe noſſe:⁊ q̄3 ſit pulchrū ſe noſſe iā noſſe. An aliquē finē optimū.id eſt ſecuritatē ⁊ beatitudinē ſuā videt:p quādā occultā memoriā q̄ in lōginq̄ eā ƥgreſſa3 nō deſuit:⁊ credit ad eūdē finē:niſi ſeipām cognouerit ſe ƥuenire nō poſſe. Ita dū illud amat hoc q̄rit:⁊ notū amat illud,ƥpter qđ q̄rit ignotū. S3 cur memoria beatitudinis ſue potuit:⁊ memoria ſui cū ea ƥdurare nō potuit:vt tā ſe noſſet q̄ vult ƥuenire:q̄3 nouit illud q̄ vult ƥuenire. An cū ſe noſſe amat:nō ſe quā nondū nouit:ſ3 ipm noſſe amat:acerbiuſq̄3 tolerat ſeipām deeſſe ſciētie ſue:q̄ vult cūcta comƥhendere. Nouit aūt qd ſit noſſe:⁊ du3 hoc amat qđ nouit:etiā ſe cupit noſſe. Vbi ergo noſſe ſuū nouit ſi ſe ñ nouit:nā nouit qđ alia nouerit:ſe aūt nō nouerit:hinc eni nouit:et qd ſit noſſe. Quo pacto igit̃ ſe aliqd ſcientem ſcit:q̄ ſeipām neſcit. neq̄3 eni3 alterā mentem ſciētē ſcit ſ3 ſeipām. Scit igit̃ ſeipām. Deinde cū ſe q̄rit vt nouerit:querentē ſe iā nouit. Iā ſe ergo nouit. Quapropter nō pōt oīno neſcire ſe. Que dum ſe neſcientē ſcit:ſe vtiq̄3 ſcit. Si aūt ſe neſcientē neſciat:nō ſe querit ſciat. Quapropter eoipſo quo ſe querit:magis ſe ſibi notā quā ignotā eſſe cōuincit̃. Nouit eni ſe querentē atq3 neſcientē:dū ſe querit vt nouerit. Quid ergo dicemus. An qđ ex parte ſe nouit:ex parte nō nouit. S3 abſurdū ē dicere:nō eam totā ſcire qđ ſcit. Nō dico totu3 ſcit:ſed quod ſcit:tota ſcit. Cu3 itaq3 aliqd de ſe ſcit:qđ niſi tota nō pōt:totā ſe ſcit. Scit aūt ſe aliqd ſcientē:nec pōt quicq̄3 ſcire niſi tota. Scit ſe igit̃ totā. Deinde qd eius ei tā notu3 eſt quā ſe viuere.

De proprijs mētis que nō poteſt ignorare. Capitu.iiij.

NOn pōt aūt ⁊ mēs eſſe ⁊ non viuere: qñ habet etiam amplius vt intelligat. Nā ⁊ anime beſtiarum viuūt:ſ3 nō itelligūt. Sicut ḡ mens tota mēs ē:ſic tota viuit. Nouit aūt viuere ſe. Totā ſe igit̃ nouit. Poſtremo cū ſe noſſe mēs q̄rit:mētē ſe eſſe iā nouit alioqn vtrū ſe querat ignorat:⁊ aliud ƥ alio forſitā querat. Fieri eni3 pōt vt ipſa non ſit mēs:atq3 ita dū mētē noſſe querit:nō ſeipa3 querat. Quapropter qm̄ cū querit mens qd ſit mens:nouit qđ ſe querat. ƥfecto nouit qđ ipſa ſit mēs. porro ſi hoc in ſe nouit qđ mens eſt:⁊ tota mēs eſt:totā ſe nouit. Sed ecce nō ſe nouerit eſſe mentē. cū aūt ſe querit:hoc tantūmodo nouerit qđ ſe q̄rat. Pōt eni3 etiā ſic aliud ƥ alio querere:ſi hoc neſcit. vt aūt non querat aliud ƥ alio:ƥculdubio nouit qd querat. At ſi nouit qd querat:⁊ ſeipſam q̄rit:ſeipām vtiq3 nouit. Quid ḡ adhuc:q̄rit ꝙ ſi ex parte ſe nouit:ex parte aūt adhuc querit:non ſeipſam:ſed partē ſuā querit. Cū eni3 eaipſa dicit̃:tota dicit̃. Deinde q2 nouit nōdū ſe a ſe inuentā totā:nouit quāta ſit tota. Atq3 ita q̄rit quod deeſt:quēadmodū ſolem⁹ querere vt veniat in mentē qđ excidit. nec tñ penitus excidit:q2 pōt recognoſci cū venerit hoc eſſe quod querebat̃. Sed quō mens veniat i mētē quaſi poſſit mens in mente nō eſſe:huc accedit q2 ſi parte inuenta non ſe totā querit⁹:tñ tota ſe querit. Tota ergo ſibi preſto eſt:⁊ qd adhuc queratur nō eſt:hoc eni3 deeſt qđ querit̃:nō illa que querit. Cu3 itaq3 tota ſe querit nihil eius deeſt. Aut ſi nō tota ſe querit:ſ3 ps q̄ inuēta eſt:querit partē que nōdū inuēta eſt Nō ſe ergo mēs querit cuius ſe nulla pars q̄rit. pars enim que inuēta eſt:nō ſe querit ps aūt que nondū inuenta eſt:nec ipſa ſe querit: quoniā ab ea iam inuenta eſt parte queritur. Quocirca quia nec tota ſe mēs querit:nec pars eius vlla ſe querit:ſe mens omnino nō querit.

In quo mens noſſe ſe debeat:⁊ a quibus abſtinere ne eis quaſi proprijs delectet̃ atq3 in

ſe minus nouerit. Capi. v.

v ¶ Quid ergo ei preceptum eſt: vt ſe/ipſam cognoſcat: credo vt ſeipſam cogitet: ⁊ ſm naturā ſuam viuat. id eſt vt ſm naturaꝫ ſuam ordinari appetat: ſub eo ſcꝫ cui ſubdenda eſt: ſupra ea quibus prepo/nenda eſt. ſub illo a quo regi debet. ſupra ea que regere debet. Multa enīꝫ per cupidita/te prauam tanqꝫ ſui ſit oblita: ſic agit. Videt enim quedam intrinſecus pulchra: in preſtā/tiore natura que deus eſt. Et cum inſtare de/beat vt eis fruatur: volens ea ſibi tribuere: ⁊ nō ex illo: ſimilis illius: ſed ex ſeipſa eſſe qđ ille eſt: auertit̃ ab eo: mouetur qꝫ ⁊ labit̃ in minꝰ ⁊ minus: quod putat̃ amplius ⁊ amplius: qꝛ nec ipſa ſibi: nec ei quicqꝫ ſufficit recedēti ab illo qui ſolus ſufficit. Jdeoqꝫ per egeſtatē ac difficultatem fit nimis intenta in actiones ſuas ⁊ inqetas delectatiōes quas p eas colli/git: atqꝫ ita cupiditate acquirendi noticias ex his que foris ſunt quorum cognitum genus amat ⁊ ſentit amitti poſſe niſi ipēſa cura teneā/tur: perditqꝫ ſecuritatē: tantoqꝫ ſeipſaꝫ minꝰ cogitat: quātomagis ſecura eſt: qꝛ ſe nō poſſit amittere. Jta cum aliud ſit nō ſe noſſe: aliud nō ſe cogitare. Neqꝫ enīꝫ multaꝝ doctrinaꝝ peritū: ignorare grāmaticaꝫ dicimus cū eam nō cogitat: qꝛ de medicina arte tunc cogitat. Cum ergo aliud ſit non ſe noſſe: aliud nō ſe cogitare: tanta vis eſt amoris: vt ea que cuꝫ amore diu cogitauerit: eiſqꝫ cure glutino in/heſerit: attrahat ſecuꝫ etiā cū ad ſe cogitandā quodāmodo redit. Et qꝛ illa corpa ſunt que foris p ſenſus carnis adamauit: eorūqꝫ diu/turna quadā familiaritate implicata eſt: nec ſe/cū pōt introrſum tanqꝫ in regioneꝫ in corpo/ree nature ipa corpora inferre imagines eo/rū ꝯuoluit ⁊ rapit: factas in ſemetipſa: de ſe/metipſa. Dat enim eis formādis quiddā ſub/ſtantie ſue. ſeruat auteꝫ aliquid: quo libere de ſpecie taliūm imaginum iudicet: ⁊ hoc ē ma/gis mens. id eſt rationalis intelligentia: que ſeruat̃ vt iudicet. Nam illas anime partes q̄ corporꝝ ſimilitudinibus iformant̃ etiā cū be/ſtijs nos cōmunes habere ſentimus.

Jn quibus mens de ſe cogitans poſſit erra/re. Capi. vi.

e Errat aūt mens: cū ſe iſtis imaginibꝰ tanto amore cōiungit: vt etiam ſe eſſe aliquid hmōi exiſtimet. Jta enim conformatur eis quodāmō: nō id exiſtendo: ſꝫ pu/tādo: nō quo ſe imaginē putet: ſed oīno illud ipm cuiꝰ imaginē ſecū hꝫ. Viget qppe in ea iudiciū diſcernēdi corpus qđ foris relinquit ab imagine: quā de illo ſecū gerit: niſi cuꝫ ita exprimunt̃ eedem imagines tanqꝫ foris ſen/tiant̃: nō intus cogitent̃: ſicut dormiētibus: aut furētibꝰ: aut i aliqua extaſi accidere ſolet.

De opinionibꝰ coꝝ q mētē aliqd pcipuū cor/poris eſſe ſenſerunt. Capi. vij.

c Cum itaqꝫ ſe tale aliqd putat: corpꝰ eē ſe putat. Et qꝛ ſibi bene ꝯſcia eſt: prin/cipatus ſui quo corpus regit. hinc fa/ctū eſt vt quidā quererēt qđ corporis āplius valeret in corpe. ⁊ hoc eē mētē: vel oīno totā aīam exiſtimarent vt empedocles ⁊ ericates opinati ſunt. Jtaqꝫ alij ſanguinē: alij cerebrū alij cor: nō ſicut ſcriptura dicit. Cōfitebor ti/bi dñe in toto corde meo. Ps. 9. 110. 137 Et diliges domi/nū deū tuū ex toto corde tuo. Deu. 6 Hoc enī abutē/do vel trāſferendo vocabulo dr̃ a corpore ad aīuꝫ: ſed ipſaꝫ oīno particulā corporis quā in viſceribꝰ dilaniatis videmꝰ: eā eſſe putaue/rūt. Alij ex minutiſſimis indiuiduiſqꝫ corpu/ſculis quas atomos dicūt: ꝯcurrentibus in ſe atqꝫ coherētibus: eā ꝯfici crediderunt. Alij aerē. alij igneꝫ: ſubſtātiā eius eſſe dixerunt. Alij eā nullā eſſe ſubſtātiā: qꝛ niſi corpꝰ. nul/lā ſubſtātiā poterāt cogitare: ⁊ eā corpus eſſe nō inueniebāt. ſed ipam tēperationē corpis nr̄i vel cōpagē primordioꝝ: qbꝰ iſta caro tā/quā cōnectit̃: eſſe opinati ſunt: eoqꝫ oēs eam mortalē eſſe ſenſerūt. qꝛ ſiue corpus eſſet. ſi/ue aliqua cōpoſitio corpis: nō poſſꝫ vtiqꝫ im/mortaliter pmanere. Qui vero eius ſubſtan/tiā vitaꝫ quandaꝫ nequaqꝫ corporeā: qñ qui/deꝫ vitaꝫ omne viuū corpus animantē ac vi/uificantē eſſe repperérūt: ꝯſequenter ⁊ immor/talem: quia vita carere vita nō poteſt: vt quiſ/qꝫ potuit pbare conati ſunt. Nam de quin/to illo neſcio quo corpore: quod notiſſimis quattuor huius mundi elementis quidaꝫ cō/iungētes: hinc animaꝫ eſſe dixerūt: hoc loco diu differendū non puto. Aut enim hoc vo/cant corpus quod nos: cuius in loci ſpacio pars toto minor eſt: ⁊ in illis annumerandi ſunt q mētē corporeā eē crediderūt. Aut ſi vl' oēꝫ ſubſtātiā vl' oēm mutabilē ſubſtātiā cor/pus appellāt: cū ſciāt nō omnē locorꝫ ſpacijs aliqua lōgitudine vel latitudine ⁊ altitudine

cõtineri: nõ cũ eis de vocabuli queſtione pu/
gnandũ eſt. In his oib⁹ ſentẽtijs qſqs videt
mẽtis naturã ⁊ eſſe ſubſtãtiam ⁊ nõ eſſe cor/
poreaꝫ. id eſt nõ minore ſui parte minus oc/
cupare loci ſpacium. maiuſqꝫ maiore: ſimul
oportet videat eos q opinant̃ eſſe corporeaꝫ:
nõ ob hoc errare qd mens deſit eoꝝ noticie:
ſꝫ qd adiũgũt ea: ſine qbus nullã pñt cogita/
re naturã. Sine phãtaſijs eni corpoꝝ qcqd
viſi fuerint cogitare: nihil oino eſſe arbitrant̃
ĩoqꝫ nõ ſe tanqꝫ ſibi deſit mẽs reqrat. Quid
eniꝫ tam cogitationi adeſt: qꝫ id qd mẽti ad/
eſt. aut qd tam mẽti adeſt: qꝫ ipſa mens. Vn
de ⁊ ipa q̃ appellat̃ inuẽtio: ſi verbi origineꝫ
retractem⁹: qd aliud reſonat: niſi qr inuenire
eſt in id venire qd q̃rit̃. Propterea q̃ quaſi
vltro in mentẽ veniũt: nõ vſitate dicunt̃ in/
uẽta: qꝫuis cognita dici poſſint: qr non in ea
q̃rendo tẽdebamus vt in ea veniremꝰ. hoc ẽ
ea inueniremus. Quaproptͥ ſicut ea q̃ oculis
aut vllo alio corpis ſenſu reqrunt̃: ipſa mẽs
q̃rit. ipſa eniꝫ etiã ſenſuꝫ carnis intẽdit, tũc ãt
inuenit: cũ in ea que requirunt̃ idẽ ſenſus ve
nit. Sic alia que nõ corporeo ſenſu internũ/
cio: ſed p ſeipſaꝫ noſſe debet cũ in ea venit: in
uenit. Aut in ſupiore ſubſtãtia. id eſt in deo
aut in ceteris anime ptibus ſicut de ipſis ima
ginibus corpoꝝ cũ iudicat. intus eniꝫ in aĩa
eas inuenit p corpus impreſſas.

Qd mẽs noſſe ſe cupiẽs nihil eoꝝ de ſe cor/
poreũ debeat cogitare. Capi. viij.

e Rgo ſeipaꝫ queãdmodũ q̃rat ⁊ inue/
niat mirabilis queſtio ẽ. quo tẽdat: vt
querat. aut veniat: vt inueniat. Quid
eniꝫ tã in mẽte qꝫ mẽs eſt. Sꝫ qr in his ẽ que
cũ amore cogitat. ſenſibilibus aũt. id ẽ corpa
lib⁹ cũ amore aſſuefacta eſt: nõ valet ſine ima
ginibus eoꝝ eſſe in ſemetipſa. hinc ei oborit̃
erroris dedecus: dũ rerũ ſenſaruꝫ imagines
ſe cernere a ſe ñ põt: vt ſe ſolã videat. Coheſe
rũt eniꝫ mirabiliter glutino amoris: ⁊ hec eſt
eius imundicia: qm̃ dũ ſe ſolã nitit̃ cogitare.
hoc ſe putat eſſe ſine quo ſe non põt cogitare.
Cum igit̃ ei precipit̃ vt ſeipſaꝫ cognoſcat: nõ
ſe tanqꝫ ſibi detracta ſit querat: ſed id qd ſibi
addidit detrahat. Interior eſt enim ipſa: nõ
ſolũ qꝫ iſta ſenſibilia q̃ manifeſte foris ſunt: ſꝫ
etiã qꝫ imagines eorũ que in parte quadã ſũt
anime: quã habẽt ⁊ beſtie: qꝫuis intelligẽtia
careant que mentis eſt ꝓpria. Cum ergo ſit
mens interior quodãmodo exit a ſemetipſa.
cũ in hec quaſi veſtigia multaꝝ intẽtionũ exe
rit amoris affectũ. Que veſtigia tanqꝫ impri/
munt̃ memorie: qñ hec que foris ſunt corpa/
lia ſentiunt̃: vt etiaꝫ cũ abſunt iſta: preſto ſint
tñ imagines eoꝝ cogitantib⁹. Cognoſcat er
go ſemetipſaꝫ: nec quaſi abſentẽ ſe querat: ſꝫ
intentionẽ voluntatis qua p alia vagabat̃ ſta
tuat in ſeipſam: ⁊ ſe cogitet. Ita videbit ꝙ nũ
quaꝫ ſe nõ amauerit: nunqꝫ neſcierit. Sꝫ ali/
ud ſecũ amãdo cũ eo ſe ꝯfundit ⁊ ꝯcreuit quo
dãmõ: atqꝫ ita dum ſicut vnũ diuerſa cõple/
ctit̃: vnũ putauit eſſe que diuerſa ſunt.

Quõ mẽs cognoſcit ſeipſaꝫ. Ca. ix.

n On itaqꝫ velut abſenteꝫ ſe q̃rat cerne
re: ſed pͥſentẽ ſe curet diſcernere. Nec
ſe q̃ſi nõ norit cognoſcat: ſed ab eo quo
alterũ nouit dinoſcat. Ipm eniꝫ qd audit: co
gnoſce teipſam: quõ agere curabit ſi neſcit.
aut qd ſit cognoſce. aut qd ſit teipſaꝫ. Si aut
vtrũqꝫ nouit. nouit ſeipſaꝫ: qr nõ ita dr̃ mẽti
cognoſce teipſaꝫ: ſicut dr̃: cognoſce cherubin
aut ſeraphin. De abſentibus eniꝫ illis credi/
mus: ſm qd celeſtes quedã ptãtes eſſe predi
cant̃. Neqꝫ ſicut dicit̃ cognoſce volũtatẽ illi⁹
hoĩs: que nobis nec ad ſentiendũ vllo modo
nec ad intelligendũ pͥſto ẽ: niſi corpalibus ſi
gnis editis. ⁊ hoc ita vt magis credamus qꝫ
intelligamus. Neqꝫ ita vt dr̃ homini: vide fa
ciẽ tuã: qd niſi in ſpeculo fieri nõ põt. Nam
⁊ ipa nr̃a facies abſens ab aſpectu nr̃o eſt: qr
nõ ibi eſt quo ille dirigi põt. Sꝫ cũ dicit̃ men
ti. Cognoſce teipam: eo ictu quo intelligit qd
dictũ eſt: teipſam cognoſcit ſeipaꝫ: nec ob ali
ud qꝫ eo quo ſibi preſens ẽ. Si aũt qd dictuꝫ
eſt nõ intelligit: nõ vtiqꝫ facit. hoc igit̃ ei pci/
pit̃ vt faciat: qd cũ ipſum preceptuꝫ intelligit:
facit. Nõ ergo adiũgat aliud ad id qd ſeipaꝫ
cognoſcit: cũ audit vt ſeipſaꝫ cognoſcat. Cer/
te enim nouit ſibi dici: ſibi ſcilicet que eſt: ⁊ vi
uit: ⁊ intelligit. Sed eſt ⁊ cadauer: viuit ⁊ pe
cus. intelligit aũt nec cadauer nec pecus. Si
cut ergo ſeſe eſſe ⁊ viuere ſcit: quomodo eſt:
⁊ viuit intelligentia.

Qd mẽs noſſe ſe cupiens nihil eorum de ſe
opinari debeat de quibus ſcit eſſe dubitãdũ.
Capitu. x.

c Vm ergo: verbi gr̃a: mens aerem ſe
putat: aerẽ intelligere putat. Se tñ in
telligere ſcit. aerem aũtẽ ſe eſſe nõ ſcit:

ſed putat. Se cernat q̄d putat: cernat q̄d ſcit: hoc ei remaneat. Vñ ne illi q̄dē dubitauerūt q aliud atq; aliud corpus eſſe mentē putauerūt. Neq; eni oīs mēs aerez ſe eſſe exiſtimat ſ; alie ignez: alie cerebrū: alieq; aliud corpus τ aliud alie. ſicut ſupra cōmemoraui: oēs tñ ſe intelligere nouerūt τ eſſe τ viuere. Sed intelligere ad id q̄d intelligūt referūt. eſſe aūt et viuere ad ſeipſas. Et nulli ē dubiū: nec quē q̄ intelligere qui nō viuat: nec quēq̄ viuere q nō ſit. Ergo cōſequenter τ eſſe τ viuere, id q̄d intelligit: nō ſicuti eſt cadauer q̄d nō viuit nec ſicuti viuit aīa q̄ nō intelligit: ſed ꝓprio quodā eodēq; preſtantiore modo. Itē velle ſe ſciūt: neq; hoc poſſe quēq̄ q nō ſit ſi q non viuat pariter ſciūt. Itēq; ipſam volūtatē referunt ad aliq̄d q̄d ea volūtate volunt meminiſſe etiā ſe ſciunt: ſimulq; ſciūt q̄d nemo meminiſſet niſi eſſet ac viueret. S; τ ipſa; memoriaz referimus ad aliq̄d q̄d ea meminimus. Duobus igiť hoꝝ triū memoria τ intelligentia multarū rerū; noticia atq; ſcientia cōtinētur. voluntas aūt adeſt: p q̄ fruamur eis vel vtamur. Fruimur eni; cognitis: in q̄bus voluntas ipſis ꝓpter ſeipſa dilectata conquieſcit. vtimur vero eis que ad illud referimus quo fruendū eſt. Nec ex alia vita hominū vitioſa atq; culpabilis: q̄ male vtēs τ male fruens. De qua re nō eſt nunc diſſerendi locus. S; qm̄ de natura mētis agiť: remoueamus a cōſideratione nr̄a oēs noticias q̄ capiunť extrinſecus p ſenſus corpis: τ ea q̄ poſſumus oēs mētes de ſeipſis noſſe: certaſq; eſſe diligētiꝰ attēdamꝰ. Vtrū eni aeris ſit vis viuēdi: reminiſcendi: itelligēdi: volēdi: cogitādi: ſciendi: iudicādi. An ignis: an cerebri: an ſanguinis: an atomoꝝ: an p̄ter vſitata quattuor elemēta: q̄nti neſcio cuiꝰ corpis: an ipſiꝰ carnis nr̄e cōpago: vel tēperamētū hec efficere valeat. dubitauerūt hoīes: τ aliꝰ h̄: aliꝰ aliud affirmare conatus ē. Viuere ſe tñ τ meminiſſe: τ itelligere: τ velle: τ cogitare: τ ſcire: τ iudicare q̄s dubitet. Q̄ñ q̄dē etiā ſi dubitat viuit. ſi dubitat vñ dubitet meminit. ſi dubitat dubitare ſe intelligit. ſi dubitat certus eſſe vult. ſi dubitat cogitat. ſi dubitat ſcit ſe neſcire. ſi dubitat iudicat nō ſe temere ꝯſentire oportere. Quiſq̄s igiť aliūde dubitat: de his oibus dubitare nō d;. que ſi nō eſſent: de vlla re dubitare nō poſſet. Hec oia q vel corpus vel cōpoſitionē ſeu tēperationez corpis eſſe mentē putāt: in ſubiecto eſſe volūt videri: vt ſubſtātia ſit aer: vel ignis: ſiue aliq̄d aliud corpus: q̄d mētez putāt. Intelligētia v̄o ita iſit huic corpori: ſicut q̄litas eius: vt illud ſubiectū ſit: hec in ſubiecto. ſubiectū ſc; mēs quā corpus eſſe arbitranť. in ſubiecto aūt intelligētia: ſiue q̄d aliud coꝝ que certa nobis eē cōmemorauimꝰ. Iuxta opinanť etiā illi q mentē ipaz negāt eſſe corpus: ſ; cōpaginē aut tēperationē corpis. Hoc eni; itereſt: q̄ illi mētē ipaz dicūt eſſe ſubſtantiā: in quo ſubiecto ſit intelligētia. Iſti aūt ipam mentez in ſubiecto eē dicunt corpe ſc; cuius cōpoſitio vł temperatio eſt. Vñ ꝯſequenter etiā intelligētiaz q̄d aliud q̄ in eodē ſubiecto corpe exiſtimāt. Qui omnes nō aduertūt mētē noſſe ſe etiā cū q̄rit ſe: ſicut iā oſtendimꝰ. Nullo mō aūt recte diciť ſciri aliqua res: dū eius ignorať ſubſtantia. Quapropter cū ſe mens nouit: ſubſtantiam ſuā nouit: τ cū de ſē certa eſt: de ſubſtātia ſua certa eſt. Certa eſt aūt de ſe: ſicut cōuincūt ea que ſupra dicta ſunt. Nec oino certa ē: vtru; aer an ignis ſit: an aliq̄d corpus: vel aliquid corpis. Nō ē igiť aliq̄d coꝝ. Totumq; illud q̄d ſe iubemur vt nouerit: ad hoc ptinet vt certa ſit: nō ſe eſſe aliq̄d coꝝ de q̄bus incerta eſt: idq; ſolū eſſe ſe certa ſit: q̄d ſolū eſſe ſe certa ē. Sic eni; cogitat ignē aut aerē: τ q̄cq̄d aliud corporis cogitat. Neq; vllo modo fieri poſſ; vt ita cogitaret id q̄d ipa ē: quēadmodū cogitat id q̄d ipa nō eſt. Per phātaſiā q̄ppe imaginariaz cogitat hec oia: ſiue ignē: ſiue aerē: ſiue illud corpus: partemue vllā: ſiue compaginez temperationēq; corporis nec vtiq; iſta oia: ſed aliquid hoꝝ eſſe diciť. Si quid autez horu; eſſet: aliter id quā cetera cogitaret: non ſcilicet p imaginale figmentu;: ſicut cogitanť abſentia: que ſenſu corporis tacta ſunt: ſiue omnino ipſa: ſiue eiuſdē generis aliqua: ſed quadā interiore: nō ſimulata: ſed vera preſentia. Non enim quicq̄ illi eſt ſeipſa preſentius: ſicut cogitat viuere ſe τ meminiſſe τ intelligere τ velle ſe. Nouit enim hec in ſe: nec imaginatur quaſi extra ſe illa ſenſu tetigerit: ſicut corporalia queq; tanguntur. Ex quorum cogitationibus ſi nihil ſibi affingat: vt tale aliquid eſſe ſe putet: quicquid ei de ſe remanet: hoc ſolum ipſa eſt.

De memoria intelligentia τ voluntate in

quibus mens h3 in ſe quandã imaginẽ diui/
ne trinitatis. Capi. xi.

Remotis igitur paulisp ceteris: quorum
mẽs de ſeipſa certa ẽ: tria hec potiſſi/
mũ ꝯſiderata tractem⁹: memoriã: in/
telligentiã: volũtatẽ. In his eniz trib⁹ inſpi/
ci ſolẽt etiã ingenia paruulorꝝ cuiuſmodi pre
rãt indolẽ. Quãto quippe tenatius ꝛ facilius
puer meminit: quãtoqꝫ acuti⁹ intelligit ꝛ ſtu/
det ardẽtius: tãto eſt laudabilioris ingenij.
Cũ vero de cuiuſqꝫ doctrina querit: nõ quãta
firmitate ac facilitate meminerit: vl quãto acu
mine intelligat: ſed qd meminerit: ꝛ qd intelli/
gat querit. Et quia nõ tm̃ quã doctus ſit ꝯſiderat
laudabilis aius: ſed etiã qꝫ bonus. nõ tm̃ quid
meminerit ꝛ qd itelligat: verũetiã qd velit at
tendit. nõ quãta flagrãtia velit: ſed qd velit pri
us: deinde quãtũ velit. Tũc eniz laudãdus ẽ
aius vehemẽter amãs: cũ id qd amat vehe/
mẽter amãdũ eſt. Cũ ergo dicunt hec tria: inge
niũ: doctrina: vſus. Primũ horꝝ ꝯſiderat i
illis trib⁹ qd poſſit quiſqꝫ memoria: ꝛ itelligẽ/
tia: ꝛ volũtate. Secũdũ eorꝝ ꝯſiderat qd habe/
at quis memoria: ꝛ intelligẽtia: quo ſtudioſa vo
lũtate puenerit. Iã vero vſus tertius: in vo/
luntate eſt ptractancte illa que in memoria ꝛ i
telligẽtia ꝯtinent: ſiue ad aliqd ea referat: ſi/
ue eorꝝ fine delectata ꝯquieſcat. Vti eni ẽ aſſu
mere aliqd in facultatẽ volũtatis. vti aũt dicit
qd in vſum venerit: ad id qd amas obtinen/
dũ referre. ꝛ tm̃ amãdũ eſt. Frui eſt eniz amo
re inherere alicui rei ppter ſeipſam. frui eſt
aũt vti cũ gaudio nõ adhuc ſpei: ſed iam rei.
Proinde ois q fruit: vtit. aſſumit eniz aliqd
in facultatẽ voltãtis: cũ fine delectiõis. Nõ
aũt ois qui vtit: fruit. ſed id qd facultatẽ volũ
tatis aſſumit: nõ ppter illud ip3: ſed ppter ali
ud appetit. Hec igit tria: memoria: itelligẽ/
tia: voluntas: qm̃ non ſunt tres vite ſed vna
vita: nec tres mentes ſed vna mens: ꝯſe/
quenter vtiqꝫ nec tres ſubſtãtie ſunt ſed vna
ſubſtãtia. Memoria quippe: q vita ꝛ mẽs: et
ſubſtãtia dr: ad ſeipaz dicit. Qd vero memo
ria dr ad aliqd relatiue dr. Hoc de intelligẽ/
tia quoqꝫ: ꝛ de volũtate dixerim. Et intelligẽ
tia quippe ꝛ volũtas: ad aliqd dicunt. Vita eſt
aũt vnaqueqꝫ ad ſeipſam: ꝛ mens ꝛ eſſentia.
Quocirca tria hec eo ſunt vnũ: quo vna vi/
ta: vna mẽs: vna eſſentia. Et quicquid aliud
ad ſeipſa ſingula dicunt: et ſimul nõ pluralit
ſed ſingulariter dicunt. Eo vo tria quo ad ſe in
uicẽ referunt. q ſi equalia nõ eſſent: nõ ſoluz
ſingula ſingulis: ſed etiã oibus ſingula: non
vtiqꝫ ſe inuicẽ caperẽt. Neqꝫ eni tm̃ a ſingu/
lis ſingula: verũetiã a ſingulis oia capiunt.
Memini eni me habere memoriã: ꝛ itelligẽ
tiã: ꝛ volũtatẽ. ꝛ itelligo me intelligere ꝛ vel/
le atqꝫ meminiſſe. ꝛ volo me velle: ꝛ memi/
niſſe: ꝛ itelligere. totãqꝫ meã memoriã ꝛ in/
telligẽtiã ꝛ volũtatẽ ſimul memini. Qd eniz
memorie mee nõ memini: nõ ẽ in memoria
mea. Nihil aũt tã in memoria: qꝫ ipſa memo
ria eſt. Totã igit. Itẽ quicqd intelligo intellige
re me ſcio. ꝛ ſcio me velle quicqd volo. Quic/
qd aũt ſcio memini. Totãqꝫ igit itelligentiaz
totãqꝫ volũtatẽ meã memini. Similiter cum
hec tria itelligo: tota ſimul itelligo. Neqꝫ eni
quicqꝫ itelligibiliũ nõ intelligo: niſi qd ignoro.
Qd aũt ignoro: nec memini nec volo. Quic
qd itaqꝫ itelligibiliũ nõ itelligo: ꝯſequẽter etiã
nõ memini nec volo. Quicqd aũt intelligibi
liũ memini ꝛ volo: ꝯſequẽter itelligo. Volũ
tas etiã mea totã itelligẽtiã totãqꝫ memoriaz
meã capit dũ toto vtor qd itelligo ꝛ memini.
Quapropter qñ inuicẽ a ſingulis: ꝛ tota oia
capiunt: equalia ſunt tota ſingula totis ſingu
lis: ꝛ tota ſingula ſimul omnibus totis: ꝛ hec
tria vnũ: vna vita: vna mẽs: vna eſſentia.

De querẽda imagine trinitatis etiam in his q
aia ex corporis ſenſibus ꝯcipit.
Capitu. xij.

Iam ne igit aſcẽdẽdũ eſt quibuſcũqꝫ i/
tẽtiõis virib⁹ ad illã ſummã ꝛ altiſſimaz
eſſentiã: cui⁹ impar imago eſt humana
mens: ſed tamen imago: an adhuc eadẽ tria
diſtinctius declaranda ſunt in anima: per il/
la que extrinſecus ſenſu corporis capimus:
vbi tẽporaliter imprimit rerũ corporeaꝝ no/
ticia. Mentẽ quippe ipſam in memoria ꝛ intel
ligẽtia ꝛ voluntatem ſui met ipſius talem re/
periamus: vt qm̃ ſemp ſe noſſe ſemperqꝫ ſe/
ipſam velle cõprehendebat: ſimul etiã ſemp
ſui meminiſſe: ſemperqꝫ ſeipſam intelligere:
ꝛ amare cõprehenderetur: qꝫuis nõ ſemp ſe
cogitare diſcretaz ab eis que nõ ſunt qd ipſa
eſt: ac per hoc difficile in ea dinoſcit memoria
ſui: ꝛ intelligẽtia ſui. Qua ſi eniz nõ ſunt hec
duo: ſed vnũ duobus vocabulis appellet. ſic
apparet in ea re vbi valde iſta ꝯiuncta ſunt ꝛ
aliud alio nullo precedit tpe. amorqꝫ ipe nõ ita

ſentit eſſe: cũ eũ nõ prodit indigẽtia: qm̃ non de die in diem. Jn hoc ergo qui corrũpit̃: q̃ſemp pſto eſt qd̾ amat̃. Quapropter etiã tardioribus dilucescere hec pñt dũ ea tractant̃: que ad animũ tpe accedũt: ⁊ q̃ illi tpaliter accidunt: cũ meminit qd̾ antea nõ meminerat: ⁊ cũ videt qd̾ antea nõ videbat: ⁊ cuʒ amat qd̾ antea nõ amabat. Sed aliud hec tractatio iaʒ poſcit exordiũ: ꝑpter huius libelli modum.

Explicit liber decimus.

Incipiũt capitula libri vndecimi.

j De imagine trinitatꝭ ẽt i eo qd̾ imago dei ñ ẽ. id ẽ in hoie exteriore q̃renda.

ij De viſibili ⁊ vidente atqʒ viſione.

iij De memoria qua viſoꝝ imago retinetur: ⁊ itẽtiõe aĩe q̃ in vtrũqʒ cõcurrit

iiij De imaginibꝰ q̃s cogitatiõis acies intueẽ in phãtaſia q̃ʒ memoria ꝯcepit.

v De cogitatiõibus inoxijs: ⁊ de his q̃ ab acie recordatiõis abigẽde ſunt.

vi De fine volũtatis quo cognoſcit̃ an recta an praua cupiamus.

vij De ea trinitate q̃ iã ñ ex corpe neqʒ ex corporis ſenſu: ſʒ d̾ mẽoria naſcit̃ cogitãtiõe q̃s vidit.

viij De multiplicationibus trinitatũ q̃ ex recordatiõe pariunt̃.

ix Qd̾ in quolibet genere trinitatũ voluntas nec parens inueniant̃ eẽ nec ꝓles.

x Qd̾ facile ſit cogitanti fingere ſibi eas ſpecies q̃s non vidit ex eaꝝ recordatiõe q̃s vidit.

xi De mẽſura ⁊ numero ⁊ pondere quorum ſimilitudo fit in memoria ⁊ viſione ⁊ voluntate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatꝭ ẽt i eo qd̾ imago dei ñ eſt. id eſt in hoie exteriore q̃renda. Ca. j.

Nemini dubium eſt ſicut interiorem hominem intelligentia ſic exterioreʒ ſenſu corporis ꝑditum. Nitamur igitur ſi poſſumus in hoc quoqʒ exteriore indagare qualecunqʒ veſtigiũ trinitatis: nõ

Colo. 3 qꝛ ⁊ ipſe eodẽ mõ ſit imago dei. Manifeſta eſt qppe apoſtolica ſñia: q̃ interiorẽ hominẽ reuocari dei agnitiõe declarat: ſm̃ imagineʒ

denda ſit. Capi.xvj.

Vapꝛ ita dicit illud dei ꝟbũ vt dei
q cogitatio nõ dicat: ne aliqd eſſe q̃ſi
volubile credat in deo: qđ nũc accipi
at: nũc recipiat formã vt ꝟbũ ſit: eãq3 poſſit
amittere atq3 informiter quodãmõ voluta/
ri. Bene qppe nouerat ꝟba ꝛ vim cogita
tiõis inſpexerat locutor egregius q dixit in
carmine: ſecũq3 voluitat euẽtꝰ belli varios
id eſt cogitat. Nõ ergo ille dei filiꝰ cogita/
tio dei: ſʒ ꝟbũ dei dicitur. Cogitatio qppe
nr̃a ꝑueniẽs ad id qđ ſcimus atq3 inde for
mata ꝟbũ nr̃m eſt. Et ideo ꝟbũ dei ſine
cogitatiõe dei debʒ intelligi: vt forma ipſa
ſimplex itelligat nõ habẽs aliqd formabile
qđ eſſe etiã poſſit informe. Dicunt qdem
etiã in ſcripturis ſanctiſ cogitatiões dei: ſed
eo locutionis mõ: quo ibi ꝛ obliuio dei di/
cit: que vtiq3 ad ꝓprietatẽ deo nulla ẽ: Quã
obrẽ cũ tãta ſit nũc in iſto enigmate diſſimi
litudo dei ꝛ ꝟbi dei: in qua tñ nõnulla ſimi
litudo cõperta eſt: illud quoq3 fatẽdũ eſt: qđ
i Jo.3 ẽt cũ ſimiles ei erimꝰ qñ videbimꝰ eũ ſicuti
eſt. qđ vtiq3 q dixit: hãc ꝓculdubio que nũc
eſt diſſimilitudinẽ attẽdit: nec tũc nature il
liꝰ erimus eq̃les. Semꝑ eni natura minor
eſt faciẽte q̃ facta eſt. Et tũc qdẽ ꝟbũ nr̃3 ñ
erit falſũ q2 neq3 mẽtiemur: neq3 fallemur
Fortaſſis etiã volubiles nõ erũt nr̃e cogi/
tatiões ab aliis in alias eũtes ꝛ redeũtes: ſʒ
oẽm ſciẽtiã nr̃a3 vno ſilꝰ ꝯſpectu videbimꝰ/
Tũ cu3 ꝛ h̃ fuerit: ſi ꝛ h̃ fuerit formata erit
creatura que formabilꝰ fuit: vt nihil iã deſit
eiꝰ forme: ad quã ꝑuenire deberet. Sʒ tñ
coequãda nõ erit illi ſimplicitati vbi nõ for
mabile aliqd formatũ vl reformatũ eſt: ſed
forma neq3 in formis: neq3 formata ipſa
ibi eterna eſt imutabiliſq3 ſubſtãtia.

De ſpũſancto q patri ac filio eq̃lis accipit: ꝛ
vtriuſq3 ſpiritꝰ dicit: ꝛ caritatis noĩe intel/
ligitur cũ quelibet in trinitate perſona ſit ca
ritas. Capi.xvij.

Atis de patre ꝛ filio ꝛ quãtũ ꝑ hoc
ſ ſpeculũ atq3 in hoc enigmate vide/
re potuimꝰ locuti ſumus: nũc de ſpi
ritu ſancto quãtũ deo donãte videre ꝯcedit
differendũ eſt: q ſpũſanctꝰ ſm ſcripturas
ſanctas nec patris ſolius eſt: nec filii ſolius
ſed amboꝝ. ꝛ ideo cõmunẽ qua inuicẽ ſe
diligũt pater ꝛ filius: nobis inſinuat carita
tẽ. Vt aũt nos exerceret ſmo diuinus: nõ
res inpromptu ſitaſ: ſʒ in abdito ſcrutãdas
ꝛ ex abdito eruẽdas: maiore ſtudio fec igri
Nõ itaq3 dixit ſcriptura: ſpũſanctꝰ caritaſ
eſt qđ ſi dixiſſet: nõ paruã ꝑtẽ q̃ſtiõis iſtiꝰ
abſtuliſſʒ: ſʒ dixit: deus caritas eſt vt incer i Jo.4
tũ ſit: ꝛ ideo reqrẽdum: vtrũ deus pater ſit
caritas: an deus filiꝰ: an deꝰ ſpũſanctus:
an deus ipa trinitas. Neq3 eni dicturi ſu/
mus: nõ ꝓptea deũ dictu3 eſſe caritatẽ qđ
ipa caritas nulla ſit ſubſtãtia: q̃ dei digna
ſit nomine: ſʒ qđ donũ ſit dei: ſic dictu3 eſt
deo: Quoniã tu es patientia mea. Neq3
eni ꝓpterea dictũ eſt q2 dei ſbſtãtia eſt nr̃a pŝ.70.
patiẽtia: ſʒ qđ ab ipo: nobis eſt. ſicut alibi
legit: quoniã ab ipo patiẽtia mea. Hunc pŝ.61.
qppe ſenſum facile refellit ſcripturaꝝ ipſa
locutio. Tale eſt eni: tu es patiẽtia mea q̃le pŝ.70
eſt: dñe ſpes mea: ꝛ deus meꝰ miſericordia Ibidem
mea. ꝛ multa ſimilia. Nõ eſt aũt dictũ: dñe pŝ.58
caritas mea: aut tu es caritas mea: aut tu de
us caritas mea: ſed ita dictu3 eſt: deus cari
tas eſt: ſic dictũ eſt: deus ſpiritus ẽ. Hoc i Jo.4.
q nõ diſcernit intellectũ a dñõ: nõ expoſitio i Jo.4.
nẽ q̃rat a nobis. Nõ eni apertiꝰ qcq3 poſſu/
mus dicere. Deus ergo caritas eſt. Vtrũ i Jo.4.
autẽ pater: an filius: an ſpũſanctꝰ: an ipa
trinitas: q2 ꝛ ipſa non tres dii ſed vnus de
us: hic querit. Sʒ iam in hoc libro ſupius
diſputaui: nõ ſic accipiẽdã eſſe trinitate3 q̃
deus eſt: ex illis tribus que in trinitate no
ſtre mẽtis oñdimus: vt tãq3 memoria ſit
omniũ triũ pater: et intelligẽtia omniũ triũ
filius: ꝛ caritas oĩũ triũ ſpũſanctꝰ. Quaſi
pater nec intelligat ſibi nec diligat: ſʒ ei filiꝰ
intelligat: ꝛ ſpũſanctus ei diligat. ipe aũt
ſibi ꝛ illis tantu3 meminerit. Et filius nec
meminerit: nec diligat ſibi: ſed meminerit
ei pater: ꝛ diligat ei ſpũſanctꝰ. ipe aũt ꝛ ſi/
bi ꝛ ille tãtummodo diligat. Itemq3 ſpũſ/
ſanctus nec meminerit nec itelligat ſibi: ſʒ
meminerit ei pater: et intelligat ei filius. ip
ſe aũt ꝛ ſibi ꝛ illis nõ niſi diligat. Sʒ ſic poti

us vt oīa tria: ⁊ omnes ⁊ singuli habeant i
sua quoq̃ natura. Nec distēt in eis ista: sicut
in nobis aliud est memoria: aliud est itelli
gentia: aliud dilectio siue caritas: sed vnū
aliqd sit qđ oīa valeat: sicut sapiētia: ⁊ sic ha/
beat in vnuſcuiuſq; natura. vt q habet: hoc
sit qđ habet: sicut imutabilis simplexq; ſb/
ſtātia. Si ergo hec intellecta sunt: ⁊ quātū
nobis in rebus tātis videre ⁊ cōiectare cō
ceſſum est: vera eſſe claruerunt: neſcio cur
nō sicut ſapiētia ⁊ pater dicit: ⁊ filius ⁊ ſpūs
ſanct⁹: ⁊ ſimul omnes nō tres: ſʒ vna ſapi/
entia: ita ⁊ caritas ⁊ pater dicatur ⁊ fili⁹:
⁊ ſpūſſāctus: ⁊ ſimul omnes vna caritas.
Sic eni ⁊ pater deus: ⁊ filius deus: ⁊ ſpūs
ſanct⁹ deus: ⁊ ſimul omnes vn⁹ deus. Et
tamen non fruſtra in hac trinitate non di/
citur verbum dei niſi filius: nec donum
dei niſi ſpirituſſantus: nec de quo genitus
eſt verbum: nec de quo procedit principa
liter ſpirituſſantus niſi deus pater. Jdeo
autem addidi principaliter: quia ⁊ de filio
ſpirituſſanctus procedere reperitur. Sed
hoc quoq; illi pater dedit: non iam exiſten
ti ⁊ nondum habenti: ſed quicquid vnige/
to verbo dedit: gignendo dedit. Sic ergo
eum genuit: vt etiam de illo donum cōmu
ne procederet: ⁊ ſpirituſſanctus: ſpiritus
eſſet amboꝝ. Nō eſt igitur accipiēda trāſ/
ſeunter: ſed diligenter intuenda inſepara/
bilis trinitatis iſta diſtinctio. hinc enim fa
ctuʒ eſt vt proprie dei verbum etiam dei
ſapientia diceretur: cum ſit ſapientia ⁊ pat
⁊ ſpirituſſanctus. Si ergo proprie aliquid
horum trium caritas nuncupanda eſt: qđ
aptius q̃ʒ vt hoc ſit ſpirituſſanctus vt ſcilʒ
in illa trinitatis ſimplici ſummaq; natura
non ſit aliud ſubſtantia: et aliud caritas: ſʒ
ſubſtantia ipſa ſit caritas: ⁊ caritas ipſa ſit
ſubſtantia: ſiue in patre: ſiue in ſpirituſan
cto: ⁊ tamen proprie ſpirituſſanctus cari/
tas nuncupetur. Sicut legis nomine ali/
quando ſimul omnia veteris inſtrumenti
ſanctarum ſcripturarum ſignificantur elo/
qa. Nā ex ꝓpheta eſaia teſtimoniū ponēs
apl'us vbi ait. Jn aliis linguis ⁊ aliis labi
is loq̃r populo huic. p̄miſit tñ in lege ſcri/
ps. 34 ptuʒ eſt. Et ipſe dñs in lege inquit eoꝝ ſcri
ptum eſt qua oderūt me gratias. cuʒ hoc le/
gatur in pſalmo. Aliqñ autē ꝓprie vocat

lex que data ē p moyſen: ſcđʒ qđ ē. Lex ⁊ ꝓ mat. ii
phete vſq; ad iohānē. ⁊ in his duobus pre Joh. 22
ceptis tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Hic vtriq;
ꝓprie lex appellata ē: de mōte ſyna. Pro/ luc. 24
phetaruʒ aūt noīe etiam pſalmi ſignificati
ſunt: ⁊ tamen alio loco ipſe ſaluator: opor/
tebat inqt ipleri oīa q̃ ſcripta ſūt in lege ⁊ ꝓ
phetis ⁊ pſalmis de me: hic rurſus ꝓphe
taꝝ nomē exceptis pſalmis intelligi volu
it. Dr̄ ḡ lex vniuerſalit cū ꝓphetis ⁊ pſal
mis. dr̄ ⁊ ꝓprie que p moyſen data ē. Jtē
dicuntur cōmuniter prophete ſimul cum
pſalmis. dicuntur ⁊ proprie preter pſal/
mos. Et multis aliis exemplis doceri po
teſt multarum rerum vocabula: ⁊ vniuer/
ſaliter poni: ⁊ proprie quibuſdam rebus
adhiberi: niſi in re aperta vitanda ſit lon
gitudo ſermonis: Hec omni dixi: ne quiſ/
q̃ʒ propterea nos incōuenienter exiſtimet
caritatem appellare ſpiritumſanctum: qua
⁊ deus pater ⁊ deus filius poteſt caritas
nuncupari. Sicut ergo vnicum dei verbū
proprie vocamus nomine ſapientie: cum
ſit vniuerſaliter ⁊ ſpirituſſanct⁹ ⁊ pater ipſe
ſapientia: ita ſpirituſſanctus proprie nūcu
patur vocabulo caritatis: cū ſit vniuerſalit
caritas ⁊ pat ⁊ fili⁹. Sʒ dei vbū id ē vni/
genitus dei filius apte dictus eſt dei ſapiē
tia ore apoſtolico vbi ait: chriſtū dei virtu/ i Cō. 4
tem ⁊ dei ſapientiam. Spūs autē ſanctus
vbi ſit dictus caritas inuenimus: ſi dili/
genter iohānis apoſtoli ſcrutemur eloquʒ
Qui cum dixiſſet: dilectiſſimi diligamus i Jo. 4
inuicem quia dilectio ex deo eſt. ſecut⁹ ad
iunxit. Et omnis qui diligit ex deo nat⁹. Jbideʒ
eſt. Qui nō diligit cognouit deum: quia
deus dilectio eſt. Hic manifeſtauit eaʒ ſe
dixiſſe dilectionem deum: quam dixit ex
deo. Deus ergo ex deo eſt dilectio. Sed
quia ⁊ filius ex deo patre natus eſt: ⁊ ſpiri
tuſſanctus ex deo patre procedit: queʒ po
tius eorum hic debeamus accipere dictū
eſſe dilectionem deum: merito queri͂. pa
ter enim ſolus ita deus eſt: vt nō ſit ex deo
ac per hec dilectio q̃ ita deus eſt: vt ex deo
ſit aut filius ē: aut ſpirituſſanctus. Sed in
conſequentibus cum dei dilectionem: cō/
memoraſſet: non qua nos eū: ſed qua ipſe Jbideʒ
dilexit nos. ⁊ miſit filium ſuū liberatorē ꝓ
peccatis noſtris. ⁊ hinc exhortat⁹ eēt vt ⁊

nos iuicē diligam⁹: atq3 ita nobis de⁹ ma/
neat: q2 vtiq3 dilectionē deū dixerat: statim
volēs de hac re aptius aliqd eloq. In h in
Ibidez gt cognoſcim⁹ q2 in ipo manemus ⁊ ipe in
nobis: q2 d ſpū ſuo dedit nobis. Spūs ita
q3 ſcūs de q dedit nobis: ſac nos i deo ma
nere ⁊ ipm in nobis. hec aūt facit dilectio.
Ibidez Ipe ē igit deus dilectio. Deniq3 paulop⁹
cū h ipm repetiſſet atq3 dixiſſet: deus dile/
Ibidez ctio ē: ↄtinuo ſubiecit: ⁊ q manet in dilectō
ne in deo manet: ⁊ deus manet in eo. Vñ
Vbi. ſ ſup dixerat. In h cognoſcim⁹ q2 in ipo ma
nemus ⁊ ipe in nobis: q2 de ſpū ſuo dedit
nobis. Ipe ḡ ſignificat vbi legit: deus di
lectio eſt. Deus igit ſpūſcūs q procedit ex
deo: cū datus fuerit hōi: accēdit eū in dile/
ctionez dei ⁊ ꝓximi: ⁊ ipe dilectio eſt. Nō
Ibidez enī3 h3 hō vñ deū diligat: niſi ex deo. Pro
Ro. 5. pt qd paulopoſt dic. Nos diligam⁹ q2 ipe
ꝓo2 dilexit nos. Apl's quoq3 paulus. Di/
lectio inquit dei diffuſa eſt in cordibus no
ſtris: p ſpūmſanctū qui datus eſt nobis.

De excellentia caritatis que ita ex deo ē: vt ipſa ſit deus. Ca. xviij

Nllū eſt iſto dei dono excellentius. Solū eſt qd diuidit int filios regni eterni: ⁊ filios pditionis eṫne. Dāt ⁊ alia p ſpm̄ſcm̄ munera: ſ3 ſine caritate ni/ hil ꝓſunt. Niſi ḡ tm̄ ipartiat cuiq3 ſpūſcūſ vt cū dei ⁊ ꝓximi faciat amatorē: a ſiniſtra nō trāſfert ad dextrā. Nec ſpūs ꝓꝓe dicit
j Cō. 13 donū niſi pp dilectionē. Quā q nō habue/ rit: ſi linguis hoium loquat ⁊ angeloꝝ: ſo/ nās eramētū eſt: ⁊ cymbalū tinniēs. Et ſi habuerit ꝓphetiā: ⁊ ſcierit oia ſacramenta ⁊ oē3 ſcia3: ⁊ ſi habuerit oē3 fidē: ita vt mō/ tes trāſferat: nihil eſt. Et ſi diſtribuerit oē3 ſubſtātiā ſuā: ⁊ ſi tradiderit corpus. ſuū vt ardeat: nihil ei ꝓdeſt. Quātū ḡ bonū ē: ſi/ ne q ad eternā vitā neminē bona tāta pdu/ cunt. Ipa vō dilectio ſiue caritas: nā vni⁹ rei eſt vtrūq3 nomē: ſi habeat eā q nō loqt linguis: nec h3 ꝓphetia3. nec oia ſcit ſacra mēta: oēmq3 ſcia3 nec diſtribuit omnia ſua paupibus. vl' nō habēdo qd diſtribuat: vl' aliq neceſſitate ꝓhibitus. nec tradit corpus ſuū vt ardeat: ſi talis paſſionis nulla tēpta/ tio ē: pducit ad regnū: ita vt ipam fidē non faciat vtilē niſi caritas. Sine caritate qppe fides pōt qdē eſſe: ſed nō ⁊ ꝓdeſſe. Pro/
Gal. 5 pter qd ⁊ aplus paulus. In chriſto ingt ie
ſu neq3 circūciſio: neq3 ꝓpucium aliqd va/
let: ſed fides q p dilectionē opat. Sic eam
Jac. 2. diſcernēs ab ea fide: qua ⁊ demones cre/
dūt ⁊ ↄtremiſcunt. Dilectio igit que ex deo
ē ⁊ deus: ē ꝓꝓie ſpūſſanctus ē: p quē diffū
dit in cordibus nr̄is dei caritas: p quā nos
tota ihabitat trinitas. Quocirca rectiſſime
ſpūſſanctus cū ſit deus: vocat etiā donum
dei. Quod donū ꝓꝓie quid niſi caritas in
telligēda eſt: q pducit ad deū: ⁊ ſine qua qd
libet aliud donum dei nō pducit ad eum.

Qua ratione donum dei dicat ſpiritusſanctus. Capi. xix.

Nc ⁊ h ꝓbandū ē: dei donū dictū eē
a i ſacris lr̄is ſpiritū ſanctū. Si ⁊ hoc
expectat: habem⁹ in euāgelio ſm io
hannē: dñi ieſu chriſti vba dicētis. Si qs Joh. 7
ſitit: veniat ad me ⁊ bibat: Qui credit i me
ſicut dicit ſcriptura: flumina de vētre eius
fluēt aque viue. Porro euāgeliſta ſecut⁹
adiūxit: Hoc āt dixit d ſpiritu quē acceptu Ibidez
ri erāt credētes in eu3. Vñ dicit ēt paulus
aplus. Et oēs vnū ſpiritū potauim⁹. Vtrū j Cō. 10
aūt donū dei ſit appellata aq iſta. qd ⁊ ſpiri
tuſſant⁹: hoc qrit. S3 ſicut hic inuenimus
hāc aquā ſpiritūſanctū eē: ita inuenim⁹ ali
bi in ipo euāgelio: hāc aquā donū dei ap/
pellatā. Nā dñs idē qñ cū muliere ſamari/
tana ad puteū loqbat: cui dixerat: Da mi/
hi bibere. cū illa dixiſſet q iudei nō coutun Joh. 4
tur ſamaritanis. rñdit ieſus ⁊ dixit ei. Si
ſcires donū dei: ⁊ qs eſt q dicit tibi: da mi
hi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo: ⁊ dediſ/
ſet tibi aquā viuā. Dixit ei mulier: Dñe
neq3 in quo haurias habes: ⁊ pute⁹ altus
eſt: vnde ḡ habes aquā viuā: ⁊c. Rñdit ie
ſus: ⁊ dixit ei: Omis qui biberit ex hac aqua
ſitiet iteꝝ. Qui aūt biberit ex aqua quā ego
dabo ei: nō ſitiet in eternū. ſ3 aqua quā ego
dabo ei: fiet in eo fons aque ſaliētis in vitā
eternā. Quia ḡ hec aqua viua: ſic euāgeli
ſta expoſuit: ſpiritus eſt ſanctus: proculdu
bio ſpiritus donū dei eſt. De quo hic dñs Vbi. ſ
ait. Si ſcires donum dei: ⁊ qs eſt q dicit ti
bi: da mihi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo:
dediſſet tibi aquā viuā. Nā qd ibi ait. Flu Joh. 7
mina de ventre eius fluent aque viue. hoc
iſto loco. Fiet in eo ingt fons aque ſaliētis
in vitā eternā. Paulus quoq3 aplus. Vni ibidē. 4

Eph.4 cuiq; inquit noſtrū data eſt gratia ſecūdū
menſurā donationis xp̄i. Atq; vt dona/
tionē xp̄i ſpirituſancto oſtēderet: ſecutus ad
Ibidem iūxit: Propter qd̄ dicit. Aſcēdit i altū capti/
uauit captiuitatē: dedit dona hoībus. No
tiſſimū eſt aūt dn̄m ieſū cū poſt reſurrectiō
nē a mortuis aſcēdiſſet in celū: dediſſe ſpi
rituſanctū: quo ipleti q crediderūt: linguis
oium gentiū loquebant̄. Nec moueat qd̄
ait dona n̄ donū. Id eni teſtimoniū ex pſal
mo poſuit. Hoc āt i pſalmo ita legit̄. Aſcē
ps.67. diſti in altū: captiuaſti captiuitatē: accepiſti
dona in hoībus. Sic eniz plures codices
hn̄t: ꝛ maxie greci. ꝛ ex hebreo ſic interpre
Eph.4 tatū habem⁹. Dona itaq; dixit apl̄s: quē/
ps.67. admodū ꝓpheta: nō donū. Sz cū ꝓpheta
dixerit: accepiſti in hoībus: apl̄s maluit di
Eph.4 cere: dedit dona hoīb⁹: vt ex vtroq;: ſcz v̄
bo vno ꝓphetico: apl̄ico altero: q2 in vtro
q; eſt diuini ſmonis auctoritas ſenſus ple
niſſimus redderet̄. Vtrūq; eniz verū ē: et
q2 dedit hoīb⁹: ꝛ q2 accepit in hoīb⁹. De/
dit hoībus tanq; caput mēbris ſuis. Acce
pit in hoībus idē ipe vtiq; in mēbris ſuis
Act.9 ꝓpter q̄ mēbra ſua clamauit de celo: Sau
mat.25 le ſaule qd me pſequeris. Et qb⁹ mēbris
ſuis ait. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis
mihi feciſtis. Ipe ḡ xp̄s: ꝛ dedit de celo: ꝛ
accepit in terra. Porro āt dona ob h̄ ābo
dixerūt ꝛ ꝓpheta ꝛ apl̄s. q2 ꝑ donū qd̄ eſt
ſpūſſanctus: in cōe oibus mēbris xp̄i mul
ta dona q̄ ſunt qbuſq; ꝓpria diuiduntur.
Nō eniz ſinguli qq; habēt oia: ſz hi illa: ꝛ
alii alia: q̄uis ipm̄ donū a q̄ cuiq; ꝓpa di
uidunt̄ oēs habeāt. id ē ſpūmſanctū. Naz
I Co.12 ꝛ alibi cū mlt̄a dona cōmemoraſſet. Q ia i
qt hec opat̄ vnus atq; idē ſpūs: diuidens
ꝓpria vnicuiq; prout vult. Qd̄ v̄bū ꝛ in
epl̄a q̄ ad hebreos eſt iuenit̄: vt ſcriptū eſt.
Heb.2 Atteſtāte deo ſignis ꝛ oſtētis ꝛ varijs vir
tutibus: ꝛ ſpūſſancti diffinitionib⁹. Et hic
Eph.4 cū dixiſſet. Aſcēdit in altū captiuauit capti/
Ibidem uitatē: dedit dona hoībus. Qd̄ aūt aſcēdit
ait: qd eſt niſi q2 ꝛ deſcendit in inferiores
ptes terre. Qui deſcēdit ipe eſt ꝛ q aſcēdit
ſup oēs celos vt adimpleret oia. Et ipe de/
dit quoſdā qdē apl̄os: quoſdā aūt ꝓphetas
quoſdam vero euangeliſtas: quoſdaz aūt
paſtores ꝛ doctores. Ecce quare dicta ſūt
I Co.12 oia dona: qa ſicut alibi dicit̄: Nūqd omēs

apoſtoli: nūqd omnes prophete. ꝛc̄. Hic
autem adiūxit: Ad cōſumatiōem ſctōꝝ i Eph.4
opus miſterij: in edificatiōem corpis xp̄i:
Hec eſt domus q̄ ſicut pſalmus canit: edi
ficat̄ pōſt captiuitatē: qm̄ qui ſunt a diabolo
eruti: a quo captiui tenebant̄: de his edifi/
cat̄ dom⁹ xp̄i: q̄ domus appellat̄ eccleſia.
Hāc aūt captiuitatē ipe captiuauit: q dia/
bolū vicit. Et ne illa q̄ futura erāt ſancti ca
pit' mēbra in etnū ſuppliciū ſecū traheret:
eū iuſticie pri⁹: deinde potētie vinculis alli
gauit. Ipe itaq; diabolus ē appellata cap/
tiuitas q̄ captiuauit q2 aſcendit i altū ꝛ dedit dona ho/
minib⁹: vel accepit in hominib⁹. Petrus
aūt apl̄us ſicut in eo libro canonico legitur
vbi ſcripti ſunt act⁹ aploꝝ: loquēs de xp̄o
cōmot' corde iudeis ꝛ dicētib⁹. Quid er/
go faciemus fratres mōſtrate nobis: dixit Act.2
ad eos. Agite penitētiā ꝛ baptizetur vnuſ Ibidem
quiſq; veſtrū in noīe ieſu chriſti in remiſſi
onē pctōꝝ: ꝛ accipiet' donū ſpirituſſancti.
Itemq; in eodem libro legitur: ſimonem
magum apoſtolis dare voluiſſe pecuniaz:
vt ab eis acciperet poteſtatem q̄ per impo
ſitionem manus eius daretur ſpūſſanct⁹.
Cui petr⁹ idē. Pecunia inqt tua tecū ſit i Act.8
ditionē: q2 donū dei eſtimaſti te ꝑ pecuni/
as poſſidē. Et alio eiuſdē libri loco: cū pe/
trus cornelio ꝛ eis q cū eo fuerāt loqueret̄:
anūciās ꝛ p̄dicās xp̄m: aut ſcriptura. Ad
huc loquēte petro v̄ba hec cecidit: ſpūſſan ibidē.10
ctus ſup oēs q audiebāt v̄bū: ꝛ obſtupue
rūt q ex circūciſione: fideles ſil' cū petro ve
nerāt: q2 ꝛ i natiōes donū ſpūſſancti effu/
ſum eſt. Audiebāt eniz illos loquētes lin
guis: ꝛ magnificātes deū: de quo facto ſuo
q̄ i circūciſos baptizauerat: q2 p̄uſq; bapti
zarent̄: vt nodū q̄ſtiōis huius auferret. in
eos venerat ſpūſſcūs. Cuz petrus poſtea
redderet rōnez fratrib⁹ q erant hyeroſoli/ ibidē.11
mis: ꝛ hac re audita mouebant̄: ait poſt ce
tera. Cū cepiſſem aūt loq ad illos: cecidit
ſpūſſcūs in illos ſic̄ ꝛ in nos i initio. Me/
moratuſq; ſuz v̄bi dn̄i ſic̄ dicebat: q2 ioha
nes qdē baptizauit aq̄: vos aūt baptizbi/
mini ſpirituſcō. Si igit̄ eq̄le donū dedit il
lis: ſic ꝛ nobis q credidimus in dn̄m ieſū Ibidem
xp̄m: ego qs erā q poſſem ꝓhibere deū n̄
dare illis ſpirituſanctū. Et multa alia ſunt
teſtimonia ſcripturaꝝ: q̄ ꝯcorditer atteſtan

tur donū dei eſſe ſpiritūſanctū: in quātum
dat eis q p eū diligūt deū. Sꝫ nimis lōguꝫ
eſt cūcta colligere: ⁊ qd eis ſatꝭ ē: qbꝰ hec
q̄ diximꝰ ſatꝭ n̄ ſunt. Sane aūt monēdi ſūt
qn̄gdē donū dei iam vidēt dictū ſpm̄ſantū
vt cū audiūt donū ſpūſſanti: illō genꝰ locu
tiōis agnoſcāt: qd̄ dictū ē i expoliatiōe cor/
pis carnis. Sic̄ eni corpꝰ carnis nihil eſt
aliud q̄ꝫ caro: ſic donū ſpūſſancti: nihil eſt
aliud q̄ꝫ ſpūſſanctꝰ. Intātū ḡ donū dei eſt:
iq̄ntū dat eis qbꝰ dat. Apd̄ ſe aut deus eſt
⁊ ſi nemini det: qua deꝰ erat patri ⁊ filio co
eternus anteq̄ꝫ cuiq̄ꝫ daret. Nec qa illi dant
ip̄e dat: ideo minor eſt illis. Ita eni ſic̄ do
nū dei dat: ēt ſeip̄m dat deus. Nō eni dici
pōt nō eſſe ſue poteſtatꝭ de quo dictum eſt.
Spiritꝰ vbi vult ſpirat: Et illud aplꝭicum
Joh.3 qd̄ iā ſupra cōmemoraui. Omnia hec ope
rat vnus atq̄ꝫ idē ſpūs: diuidēs ꝓpa vni/
cuiq̄ꝫ ꝓut vult. Nō eſt illic conditio dati: ⁊
dn̄atio dātiū: ſꝫ ꝯcordia dati ⁊ donātium.
Quaꝓpt ſi ſancta ſcriptura ꝓclamat. De
Jo.4 us caritas eſt. illa q̄ ex deo eſt: ⁊ inobis id
agit vt in deo maneamus: ⁊ ip̄e in nobis:
et hoc inde cognoſcimꝰ: quia de ſpiritu ſuo
dedit nobis: ip̄e ſpūs eius ē: deus caritas.
Deinde ſi in donis dei nihil maiꝰ eſt cari/
tate et nl̄lū eſt maius donū dei q̄ꝫ ſpūſſanc/
tus: qd ꝯſeq̄ntius q̄ꝫ vt ip̄e ſit caritas: que
dicit ⁊ deus ⁊ ex deo. Et ſi caritas qua pa
ter diligit filium: ⁊ patrē diligit filius: ieffa
bilit cōmunionē demōſtrat amboꝝ: quid
ꝯueniētius q̄ꝫ vt ille dicat caritas ꝓp̄e: q
ſpūs eſt cōmunis ambobꝰ. Hoc eni ſaniꝰ
credit nl̄ intelligit: vt nō ſolus ſpūſſanctꝰ
caritas ſit in illa trinitate. ſꝫ nō fruſtra ꝓp̄e
caritas nūcupet: ꝓpter illa que dicta. Sic̄
nō ſolus eſt in illa trinitate: vl̄ ſpūs vl̄ ſanc
tus: qa ⁊ pat ſpūs ⁊ filius ſpūs: ⁊ pater ſāc
tus ⁊ filius ſanctus: qd̄ nō ambigit pietas
⁊ tamē iſte nō fruſtra ꝓp̄rie dicitur ſpūſſāc
tus. Quia eni eſt cōmunis ambobꝰ: id vo
cat ip̄e ꝓp̄rie qd̄ ambo cōmunit. Alioqn
ſi in illa trinitate ſolꝰ ſpūſſanctꝰ eſt caritas:
ꝓfecto ⁊ filius nō ſolius patris: verūetiaꝫ
ſpūſſancti filius inuenit. Ita eni locis in/
numerabilibꝰ dicit ⁊ legit: filius vnigeni/
tꝰ dei pr̄is. vt tamē ⁊ illud verū ſit qd̄ apo/
ſtolꝰ ait de deo patre. Qui eruit nos de po
Colo.j teſtate tenebraꝝ: ⁊ trāſtulit in regnū filij ca

ritatꝭ ſue. Non dixit: filii ſui: qd̄ ſi diceret:
veriſſime diceret: q̄madmodū q2 ſepe dixit
veriſſime dixit: ſꝫ ait: filii caritatꝭ ſue. Fili
us ḡ eſt etiā ſpūſſancti. ſi nō eſt in illa trini
tate caritas: niſi ſpūſſanctꝰ. Qd̄ ſi abſur/
diſſimū eſt: reſtat vt nō ſolus ibi ſit caritas
ſpūſſanctꝰ: ſꝫ ꝓpter illa de qbus ſatꝭ diſſe/
rui ꝓp̄rie ſic vocet. Qd̄ aūt dictū eſt: Filii Vbi.s
caritatꝭ ſue: nihil aliud intelligat q̄ꝫ filii ſui
dilecti: q̄ꝫ filii ſui ipoſtremo ſubſtantie ſue.
Caritas qppe pr̄is q̄ i natura eius ē ineffa
biliter ſimplici: nihil ē aliud q̄ꝫ eiꝰ ip̄a natu
ra atq̄ꝫ ſubſtātia: vt ſepe iā diximus: ⁊ ſepe
iterare nō piget. Ac p hoc filius caritatis
eiꝰ nullꝰ ē aliꝰ: q̄ꝫ q d̄ ſubſtātia eiꝰ ē gēitꝰ.
Cōtra eos q vnigenitū dei nō paterne na/
ture: ſꝫ volūtatꝭ filiū eſſe dixerūt. Ca.xx.
Hocirca ridēda eſt dialectica euno
mii: a q̄ eunomiani heretici exorti
ſunt. Qui cū nō potuiſſet inteligere
nec credere voluiſſꝫ vnigenitū dei verbuꝫ Joh.j
p qd̄ facta ſūt oīa: filiū dei eſſe natura. hoc
eſt de ſbſtātia patris genitū: nō nature vel
ſubſtātie ſue ſiue eſſentie dixit eſſe filiū: ſꝫ fi
lium volūtatꝭ dei: accidētē ſcꝫ deo: volens
aſſerere volūtatē qua gigneret filiū: videlꝫ
q2 nos aliqd aliqn̄ volumus qd̄ antea non
volebamus: quaſi nō ꝓpter iſta mutabil
intelligat nr̄a natura: qd̄ abſit vt in deo eē
credamus. Neq̄ꝫ eni ab aliud ſcriptuꝫ eſt
Multe cogitatiōes in corde viri. conſiliū
aūt dn̄i manet in eternū: niſi vt itelligamꝰ
ſiue credamus: ſicut eternū deū: ita eternum
eius eē ꝯſiliū: ac p h̄ imutabile ſic̄ ip̄e eſt. Pro.19.
Qd̄ aūt de cogitatiōibus: h̄ etiā de volun/
tatibus v̄iſſime dici pōt: Multe volūtates
i corde viri: volūtas aūt dn̄i manet i eternū
Quidā ne filiū ꝯſilii vl̄ volūtatꝭ dei dice/
rēt vnigenitū v̄bū: ip̄m ꝯſiliū ſeu volūta/
tem patris idem verbum eſſe dixerūt: Sꝫ
melius quantuꝫ eſtimo dicitur conſilium
de conſilio: ⁊ voluntas de voluntate: ſi/
cut ſubſtantia de ſubſtantia: ſapientia de
ſapientia: ne abſurditate illa quam refelli/
mus filius dicatur patrem facere ſapienteꝫ
vel volentem: ſi non habet pater in ſubſtā
tia ſua conſilium vel voluntatem. Acute ſa
ne quidam reſpōdit heretico verſutiſſime
interroganti: vtrum deus filium volens
an nolens genuerit: vt ſi diceret nolens:

abſurdiſſima dei miſeria ſequeret. Si aūt volens: continuo qđ itendebat velut iuicta ratiōe ɔcluderet: nō nature eſſe filiū: ſꝫ voluntatꝭ. At ille vigilantiſſime viciſſim q̄ſiuit ab eo: vtrū deus pater volēs an nolēs ſit deus: vt ſi reſpōderet nolēs: ſequeretur illa miſeria quā de deo credere magna iſania eſt. Si aūt diceret volēs: rńderet ei: ergo ꝛ ipē deus eſt ſua volūtate: non natura. Quid ergo reſtabat niſi vt obmuteſceret: ꝛ ſua interrogatiōe obligatū inſolubili vinculo ſe videret. Sꝫ volūtas dei ſi ꝛ ꝓprie dicēda eſt aliq̄ in trinitate pſona: magis h̄ nomē ſpūſancto cōpetit: ſicut caritas. Naꝫ qđ eſt aliud caritas: q̄ꝫ volūtas. Video me de ſpirituſcō in h̄ libro ſm ſcripturas ſanctas diſputaſſe. qđ fidelibus ſufficit ſcientibus deū eē ſpūmſcm̄: nec alteri⁹ ſubſtantie nec minorē q̄ꝫ ē pater ꝛ filius: qđ in ſupiorib⁹ libris ſm eaſdē ſcripturas veꝝ etiam docuimus. De creatura etiā quā fecit de⁹ quātū valuimus admonuimus eos q rationē de reb⁹ talibus poſcūt vt in inuiſibilia eius p ea q̄ facta ſunt ſicut poſſent itellecta ɔſpicerēt: ꝛ maxime p rōnalē vł intellectualē creaturā: q̄ facta eſt ad imaginē dei: p quā velut p ſpeculū quātū poſſent ſi poſſent trinitatē cernerēt deū: in nr̄a memoria: itelligētia: volūtate. Que tria i ſua mēte naturalit̄ diuinitus iſtituta qſqs viuacit̄ pſpicit: ꝛ q̄ꝫ magnū ſit i ea: vn̄ pōt etiā ſempiterna imutabiliſq̄ꝫ natura recoli: cōſpici: amplecti: ɔcupiſci: reminiſcit̄ p memoriā: intuet̄ p intelligentiā: amplectit̄ p dilectionē: ꝓfecto repperit illi⁹ ſūme trinitatꝭ imaginē. Ad quā ſūmā trinitatē reminiſcēdā videndā: diligēdā: vt eā recordet̄: eā cōtemplet̄: ea delectet̄: totuꝫ debet referre qđ viuit. Verū ne hāc imaginē ab eadē trinitate factā ꝛ ſuo vitio in deterius cōmutatā ita eadē trinitati oīmodo exiſtimet̄ ſimileꝫ: ſꝫ potius in qualicūq̄ꝫ iſta ſimilitudine magnam quoq̄ꝫ diſſimilitudinem cernat: quātum eſſe ſatis videbatur admonui.

Ro. j.

De ſimilitudinibus trinitatis diuine que in natura mentis ad imagineꝫ dei facte reperiri vtcūq̄ꝫ potuerūt. Capi. xxi

Anc deum patrē: ꝛ deū filium. id ē deum genitorē qui oīa que ſubſtantialiter habet in coeterno ſibi verbo ſuo dixit quodāmō: ꝛ ipm̄ Vbuꝫ eius deū q nec pl⁹ nec min⁹ aliqđ hꝫ: ēt ipē ſubſtātialiter q̄ꝫ qđ ē i illo q Vbū nō mēdacit: ſꝫ veracit̄ genuit: queādmodū potui: nō vt illđ iā facie ad faciē: ſꝫ p hāc ſilitudinē i enigmate quātulūcūq̄ꝫ cōijciēdo videret̄ in memoria ꝛ itelligētia mētis nr̄e ſignificare curaui: memorie tribuēs oē qđ ſcim⁹: ēt ſi ñ inde cogitem⁹. itelligētie vero ꝓprio q̄dāmodo cogitatiōis iformationē. Cogitādo eniꝫ qđ veꝝ iuenim⁹: h̄ maxie itelligē dicimur: ꝛ h̄ quidē in memoria rurſus relinqmus. Sꝫ illa ē abſtruſior ꝓfunditas nr̄e memorie: vbi h̄ ē pmū cū cogitarem⁹ inuenimus: ꝛ gignit̄ intimū Vbū qđ nulli⁹ lingue ſit: tanq̄ꝫ ſcia de ſcia: ꝛ viſio de viſiōe: ꝛ intelligētia q̄ apparet in cogitatione de intelligētia q̄ in memoria iā fuerat: ſꝫ latebat: q̄ꝫq̄ꝫ ꝛ ipa cogitatio quandā ſuā memoriā niſi haberet: nō reuerteret̄ ad ea q̄ in memoria reliq̄rat: cū alia cogitaret. De ſpū aūt ſcō nihil in h̄ enigmate qđ ei ſilē videret̄ oſtēdi: niſi volūtatē nr̄aꝫ vł amoreꝫ: ſeu dilectionē q̄ valētior ē volūtas: qm̄ volūtas nr̄a q̄ nobis naturalr̄ ineſt: ſic ei res adiacuerint vł occurrerint qbus allicimur aut offendimur: ita varias affectiones hꝫ. Quid ḡ ē. Nunqđ dicturi ſum⁹ voluntatē nr̄am: qñ recta ē neſcire qđ appetat quid euitet. Porro ſi ſcit. ꝓfecto ieſt ei ſua q̄dā ſcia: q̄ ſine memoria ꝛ itelligētia eē nō poſſit. An vo audiēdus ē qſpiā dicēs caritatē neſcire qđ agat: q̄ nō agit pperā. Sic ḡ ieſt intelligētia: ineſt dilectio illi memorie pncipali in q̄ inuenimus paratū ꝛ reconditū ad qđ cogitādo poſſumus puenire: qꝛ ꝛ duo iſta inuenimus ibi: qñ nos cogitādo inuenimus ꝛ intelligere aliqđ ꝛ amare que ibi erant: ꝛ quando inde nō cogitabamus: ꝛ ſicut ineſt memoria: ineſt dilectio huic itelligētie q̄ cogitatione format̄: qđ verbū verū ſine vllius gentis lingua itus dicimus: qñ qđ nouim⁹ dicimus. nā niſi reminiſcēdo nō redit ad aliquid: ꝛ niſi amādo redire nō curat noſtre cogitationis intuit⁹. ita dilectio q̄ viſionē in memoria conſtitutaꝫ: ꝛ viſionē cogitationis inde formatā quaſi parētē ꝓlēq̄ꝫ cōiungit: niſi haberet appetēdi ſcientiā: que ſine memoria ꝛ intelligētia nō pōt eſſe; quid recte diligeret ignoraret.

i Cō. iꝫ

1 Cō. iꝫ

Tria que sunt in imagine dei. id est memoria intellect⁹ ꝛ amor vni⁹ esse ꝑsone :q: h̄ nō est ei esse qđ hec habere. Ca.xxij

Verum hec quādo i vna sunt ꝑsona sic est homo: pōt nobis qſpiā dicere. Tria ista memoria: intellect⁹ ꝛ amor: mea sūt nō sua: nec ſibi nec mihi agūt qđ agūt: imo ego per illa. Ego eni me memini ꝑ memoriā: intelligo ꝑ intelligētiam amo ꝑ amorē: ꝛ quādo ad memoriā meaȝ aciē cogitatiōis aduerto: ac ſic i corde meo dico qđ ſcio: vbūq; verū de ſciētia mea gignitur: vtrūq; meū ē: ꝛ ſciētia vtiq; ꝛ vbū Ego eni ſcio: ego dico i meo corde qđ ſcio ꝛ qñ in memoria mea cogitādo inuenio: iā me itelligere: iā me amare aliqđ q itellect⁹ amor ibi erāt: ꝛ añq; inde cogitarē: intellectū meū ꝛ amorē meū iuenio i memoria mea: q̄ ego intelligo: ego amo nō ipa. Itē qñ cogitatio mea memor eſt : ꝛ vult redire ad ea q̄ i memoria liq̄rat: eaq; intellecta cōſpicere atq; intus dicere mea memoria memor : ꝛ mea vult volūtate nō ſua. Ipe q̄q; amor me⁹ cū meminit atq; itelligit qđ appetere debeat: qđ vitare ꝑ meā nō ꝑ ſuā memoriā meminit : ꝛ ꝑ intelligētiā meā ñ ꝑ ſuā qcqđ itelligēter amat itelligit: Quod breuit̄ dici pōt. Ego ꝑ oia tria illa memini ego itelligo: ego diligo : q nec memoria ſū nec itelligētia: nec dilectō: ſȝ h̄ habeo. Iſta ergo dici pñt ab vna ꝑſona q̄ hȝ hec tria: ñ ipa ē hec tria. In illl⁹ vo ſumme ſimplicitate nature q̄ de⁹ eſt: q̄uis vn⁹ ſit de⁹: tres tñ ꝑſone ſūt: paṫ ꝛ fili⁹ ꝛ ſpūſſanct⁹. Aliud eſt itaq; trinitas res ipa: aliud imago trinitatꝭ i re alia: ꝑpt̄ qnā imaginē ſil' ꝛ illud in quo ſunt h̄ tria imago dicit̄: ſic imago dicit̄ ſil' ꝛ tabula: ꝛ qđ i ea pictū: ſȝ ꝑpt̄ picturaȝ q̄ i ea ē: ſil' ꝛ tabula noie imaginis appellat̄ Q̄uā vª in dei trinitate vnitas ꝛ q̄ vª i eiuſdē vnitate ſit trinitas. Ca.xxiij

Verū in illa ſumma trinitate q̄ in cōpabilit̄ reb⁹ oib⁹ añcellit: tāta ē iſepabilis: vt cū trinitas hoim ñ poſſit dici vnus hō: in illa vn⁹ deus ꝛ dicat̄ ꝛ ſit nec in vno deo ſit illa trinitas: ſȝ vnus de⁹ Nec rurſus q̄madmodū iſta imago qđ ē hō habēs illa tria vna ꝑſona ē: ita illa ē trinitas ſȝ tres ꝑſone ſunt: pr̄ filij: ꝛ fili⁹ pr̄is ꝛ ſpūs patrꝭ ꝛ filij. Q̄uāuis eni memoria hoīs ꝛ maxime illa quā pecora nō habent: id eſt qua res intelligibiles ita ꝯtinet̄ vt nō i ea ꝑ ſenſus corpis venerit: habeat ꝓ modulo ſuo in hac imagine trinitatꝭ icōpabilit̄ qdē impem: ſȝ tñ q̄lemcūq; ſimilitudinem patꝭ: Itēq; intelligētia hominis que ꝑ intētionē cogitatiōis inde format̄: quādo qđ ſcit̄ dicit̄: ꝛ nullius lingue cordis vbū eſt: habeat in ſua magna diſpilitate nōnullā ſimilitudinē filij : amor hominis đ ſciētia ꝓcedēs: ꝛ memoriā intelligētiāq; ꝯiungēs tāq; parēti ꝓliq; cōis. vñ nec parēs intelligit̄ eſſe: nec ꝓles habeat in hac imagine aliquā licȝ valde ipem ſimilitudinē ſpūſſācti. nō tñ ſicut in iſta imagine trinitatꝭ : nō hec tria vn⁹ hō: ſȝ vnius hois ſunt. ita in ipa ſūma trinitate cui⁹ hec imago eſt : vni⁹ dei ſunt illa tria: ſȝ vn⁹ deus ē: ꝛ tres ſunt ille nō vna ꝑſona. Qđ ſana mirabilit̄ ieffabile ē: vl' ineffabilit̄ mirabile cū ſit vna ꝑſona hec imago trinitatꝭ. ipa vº ſūma trinitas tres ꝑſone ſunt: iſepabilior ē illa trinitas ꝑſonaȝ triū: q̄ hec vnius. Illa qppe in natura diuinitatꝭ ſiue id meli⁹ dicat̄ deitatis qđ ē. hoc eſt atq; incōmutabilit̄ inter ſe ac ſꝑ eq̄lis eſt. Nec aliqñ nō fuit aut aliter fuit nec aliqñ nō erit : aut aliter erit. Iſta uero tria q̄ ſunt in impari imagine : ꝛ ſi nō locꝭ qm̄ nō ſunt corpa: tñ inter ſe nūc in iſta vimagnitudinib⁹ ſepant̄. Neq; eni qa moles nulle ibi ſunt: ideo nō videmus in alio maiorē eſſe memoriā q̄ intelligētiā. In alio aūt ecōtra: in alio duo hec amoris magnitudie ſupari : ſiue ſint ipſa duo inter ſe eq̄lia ſiue nō ſint: atq; ita a ſingul' bina: ꝛ a binis ſingula: ꝛ a ſingulis ſingl'a: a maioribus minora vincunt̄: ꝛ qñ inter ſe equalia fuerint ab omni lāgore ſanata : nec tūc equabitur rei natura imutabili : ea res q̄ ꝑ graȝ nō mutabit̄: q: nō equat̄ creatura creatori : etiā qñ ab omni langore ſanabit̄. Sȝ hāc nō ſolū incorpalē: verūetiā ſumme inſepabilē vereq; imutabilē trinitatē: cū venerit viſio q̄ ſatie ad ſatiē reꝓmittit̄ nobis multo clarius certiuſq; videbim⁹ : q̄ nūc eius imaginē: qđ nos ſumus. ꝑ qđ tñ ſpeculū ꝛ in quo enigmate qui vident ſicut in hac vita viderē cōceſſum eſt: nō illi ſunt q ea que digeſſim⁹ ꝛ cōmēdauimus in ſua mēte ꝯſpiciūt: ſȝ illi q eā tāq; imaginem vi

dent: vt poſſint ad eū cui⁹ imago eſt q̄modocūq3 referre qđ vidēt: ꝛ p imaginē quā ꝯſpiciēdo vidēt etiā illud videre conijciendo: quoniā nōdū poſſūt facie ad faciē. Nō eni ait ap̄ls: videm⁹ nūc ſpeculū: ſed videmus nūc per ſpeculum. Ibidē

De his q̄ natura mētiſ ſubtilit̄ ītuētur: ꝛ eā imaginē dei eſſe nō ſentiūt. Ca. xxiiij.

Qui ergo vidēt ſuā mētē3 quō videri pōt: ꝛ in ea trinitatē iſtam d̄ qua multiſ modis vt potui diſputaui: nec tamē eā credūt vl' intelligūt eſſe imaginem dei: ſpeculū qdē vidēt: ſ3 vſq3 adeo non vidēt p ſpeculū eū q eſt p ſpeculū nūc vidēd⁹ vt nec ip̄3 ſpeculū qđ vidēt ſciāt eſſe ſpeculū: id eſt imaginē. Qđ ſi ſciēt fortaſſis ꝛ eū cui⁹ eſt hoc ſpeculū: p hoc q̄rēdū: ꝛ p h̄ vtcūq3 interim vidēdū eſſe ſentirēt: fide non ficta corda mūdante vt facie ad faciē poſſit videri: q p ſpeculū nūc videt. Qua fide cordiū mūdatrice cōtempta: qd āgūt intelligēdo q̄ de natura mētis humane ſubtiliſſime diſputant: niſi vt ip̄a q̄3 intelligētia ſua teſte dānet. In q̄ vtiq3 nō laborarēt: ꝛ vix ad certū aliqd puenirēt: niſi penalib⁹ tenebris inuoluti ꝛ onerati corpore corruptibili qđ agrauat aīam. Quo tādem merito in flicto malo iſto niſi pcti. Vñ tāti mali magnitudine admoniti: ſequi deberent agnu3 qui tollit peccata mundi. Sap. 9

Quā beatos faciet fides recta etiā eos q d̄ naturiſ icorpeis neq̄ūt diſputare. Ca. xxv

Ad eū nāq3 ptinētes etiā lōge iſtis ingenio tardiores: qñ finē huius vite reſoluūtur a corpe: ius in eis retinēdis nō habēt inuide poteſtates. Quas ille agnus ſine vllo ob eis pcti debito occiſus: nō potētia poteſtatiſ ꝑus q̄3 iuſticia ſanguinis vicit. Proīde liberi a diaboli poteſtate ſuſcipiūtur ab angelis ſctis a malis oībus liberati: p mediatorē dei ꝛ hoim: hominē ieſum xp̄m: qm̄ ꝯſonātib⁹ diuinis ſcripturis: ꝛ veterib⁹ ꝛ nouiſq3: ꝛ p quas p̄nuncia⁹: ꝛ p quas ānūciat' eſt xp̄us: nō eſt aliud nomē ſub celo: in quo oporteat hoīes ſaluos fieri. Cōſtituūtur aūt purgati ab omni ꝯtagiōe corruptiōis: in placidis ſedib⁹: donec recipiāt corpa ſua: ſ3 iā incorruptibilia que ornēt nō onerēt. Hoc eni placuit optimo ꝛ ſapiētiſſimo creatori: vt ſpiritus hoīs j Thi. 2 Act. 4

deo pie ſubdit⁹: habeat felicit' ſubditu3 corpus: ꝛ ſine fine pmaneat ip̄a felicitas. Ibi v̄itatē ſine vlla difficultate videbim⁹: eaq3 clariſſima ꝛ certiſſima p̄fruimur. Nec aliqd q̄rem⁹ mēte ratiocināte ſ3 cōtemplante cernem⁹ quare nō ſit filius ſp̄uſſanct⁹: cu3 de patre ꝓcedat. in illa luce: nulla erit q̄ſtio hic v̄o ip̄a experiētia tā mihi appuit eē difficilis: qđ ꝛ illis q h̄ diligēt atq3 intelligent legēt ꝓculdubio ſit' appebit: vt cū me in ſecūdo hui⁹ opis libro alio loco inde dicturū eſſe ꝓmiſerim: q̄tieſcūq3 in ea creatura que nos ſum⁹ aliqd illi rei ſile oñdere volui: q̄lecunq3 eloqū meū ſufficiēs elucutio ſecuta nō fuerit: q̄3uis ꝛ i ip̄o intellecto conatū me ſenſerim magi' habuiſſe q̄3 effectū: ꝛ i vna qdē pſona qđ eſt hō iueniſſe imaginē ſumme illius trinitatiſ: ꝛ in re mutabilia tria illa vt facili⁹ itelligi poſſent: etiā p tpalia interualla marie in libro nono mōſtrare voluiſſe. S3 tria vni⁹ pſone nō ſic hūana poſcit intentio: trib⁹ illis pſonis ꝯuenire potuerūt ſic i h̄ libro qntodecimo d̄mōſtrauim⁹.

Interuala tp̄3 diuine trinitatis nulla ſunt Capitu. xxvi.

Deinde i illa ſumma trinitate q̄ deus eſt interualla tp̄m nulla ſunt: p que poſſit oſtēdi aut ſaltē requiri: vtrū prius de patre natus ſit filius: ꝛ poſtea de ambobus ꝓceſſerit ſp̄uſſanctus: qm̄ ſcriptura ſancta ſp̄m eū dicit amborū. Ipe ē eni de q̄ dicit ap̄lus. Qm̄ enim eſtis filij dei miſit deus ſp̄m filij ſui in corda v̄ra. Et ip̄a ē de q̄ dicit idē filius. Nō eni vos eſtis q loqmini: ſ3 ſp̄us p̄ris v̄ri q loqt' in vobis. Et multis alijs diuinorū elogiorū teſtimōiis ꝯprobat' p̄ris ꝛ filii eſſe ſp̄m: q ꝓpe dicit' i trinitate ſp̄uſſanct⁹. De q̄ itē dicit ip̄e filius. Quem ego mittā vobis a p̄re. Et alio loco: Que3 mittet p̄r i noīe meo De vtroq3 aūt ꝓcedere ſic docet: q2 ip̄e filius ait. de p̄re ꝓcedit. Et cū reſurrexiſſet a mortuis ꝛ apparuiſſet diſcipl'is ſuis: iſuſſlauit ꝛ ait. Accipite ſpiritūſanctū: vt eū etiā de ſe ꝓcedere oñderet Et ip̄a ē v̄tus q̄ d̄ ip̄o exibat ſic legit' i euāgelio ꝛ ſanabat oīes. Quid vero fuit cauſe vt pōt reſurrectionē ſuā: ꝛ in terra ꝑus daret: ꝛ de celo poſtea mitteret ſp̄ūſanctū. hoc ego exiſtimo: q2 p ip̄m donū diffundit' caritas in cordibus nr̄is: qua diligim⁹ Gal. 4 mat. 10 Joh. 15 ibi. 14. Ibi. 15 ibi. 20. Luc. 6

Mat. 22 deū ꝛ ꝓximū: ſcđm duo illa ꝑcepta: in qb⁹
tota lex pēdet ꝛ ꝓphete. Hoc ſignificans
dn̄s ieſus: bis dedit ſpm̄ſāctū: ſemel in tra
ꝓpt dilectiōe; ꝓximi. ꝛ itez de celo ꝓpter
dilectiōe; dei. Et ſi forte alia ratio reddat
Jo. 20 ꝺ ſpūſancto bis dato: eiuſdē ſpm̄ſanctū da/
mat. 28 tū: cū inſufflaſſ; ieſ⁹. ꝺ quo mox ait: Ite bap
tizate gētes i noīe patris: ꝛ filij ꝛ ſpūſācti
vbi maxime cōmēdat̄ hec trinitas: ambi/
gere nō debem⁹. Ipe eſt igit̄ q de celo etiā
dat⁹ eſt die pēteceſtes. id eſt poſt dies decē
poſtq̄; dn̄s aſcēdit i celū. Quō ḡ deus
nō eſt q dat ſpm̄ſanctū. Immo q̄ztus de⁹
eſt q dat deū. Neq; eni aliqs diſcipulorū;
Act. 8 ei⁹ dedit ſpm̄ſanctū. Orabāt qppe vt veni
ret i eos qb⁹ manū iponebāt: nō ipi eū da
bāt. Quē morē i ſuis ꝑpoſitꝭ ēt nūc ſuat
Ibidem. eccleſia. Deniq; ꝛ ſimō mag⁹ offerēs apo
ſtolis pecuniā: nō ait: date ꝛ mihi hāc pote
ſtatē vt dem ſpm̄ſanctū: ſ; cuicūq; ingt im
poſuero man⁹: accipiat ſpiritūſāctū. Quia
neq; ſcriptura ſupi⁹ dixerat: vidēs aūt ſi/
Ibidem mō ꝙ apl'i darēt ſpiritūſanctū. ſ; dixerat: vi
dēs aūt ꝙ p ipoſitiōe; manuū aploꝝ dareẗ
ſpiritusſanct⁹. Propt hoc ꝛ dn̄s ipe ieſus
ſpiritumſanctum: nō ſolum dedit vt deus
ſ; etiā accepit vt homo: ꝓpt̄ea dict⁹ eſt ple
n⁹ gr̄a. Et maniceſt⁹ de illo ſcriptū ē in ac
tibus aploꝝ: quoniā vnxit eū de⁹ ſpūſanc/
ibidē. 10 to Nō vtiq; oleo viſibili: ſ; dono grē: qꝺ
viſibili ſignificat̄ vnguēto q̄ baptizatos vn
git eccleſia. Nec ſane tūc vnct⁹ ē xp̄s ſpū/
ſancto: q̄ndo ſup eū baptizatū velut colūba
Mat. 3 deſcēdit. Tūc eni corp⁹ ſuū. id eſt eccleſia;
ſuā ꝑfigurare dignat⁹ ē: i q̄ ꝑcipue bapti
zati accipiūt ſpiritūſanctū. S; iſta myſtica
ꝛ inuiſibili vnctiōe tūc itelligēd⁹ ē vnctus
Joh. 1. q̄ndo vbū dei caro factū ē. id ē q̄ndo hūa/
na natura ſine vllis ꝑcedētib⁹ bonoꝝ ope
rū meritꝭ dei vbo ē i vtō virginis copula
ta: ita vt cū illo fieret vna pſona. ob hoc eni
ꝯfitemur natū ꝺ ſpūſancto: ꝛ virgine ma/
ria. Abſurdiſſimū eſt eni vt credam⁹ eum
cū iā triginta eſſet annoꝝ ei⁹ eni etatꝭ a iohā
ne baptizat⁹ ē accepiſſe ſpiritūſāctū: ſed ve/
niſſe illū ad baptiſma: ſic ſine vllo omnino
pctō: ita nō ſine ſpūſancto. Si eni ꝺ famu/
Luc. 1 lo ei⁹ ꝛ ꝑcurſore ipo iohāne ſcriptum eſt.
Spiritusſancto replebit̄ iā inde ab vtō ma/
tris ſue: q̄niā q̄uis ſeminat⁹ a pr̄e: tamen
ſpiritūſanctū i vtō formatus accepit: qd de

hoie xp̄o itelligēdū ē vl' credēdū cuius car
nis ipa ꝯceptio nō carnalis ſ; ſpiritalis fu
it. In eo ēt ꝙ de illo ſcriptū ē: ꝙ accepit a Act. 2
pr̄e ꝓmiſſiōe; ſpūſācti ꝛ effuderit: vtraq;
natura mōſtrata ē: ꝛ hūana. ſ. ꝛ diuina. ac/
cepit qppe vt hō: effudit vt de⁹. Nos aūt
accipe qdē h̄ donū poſſum⁹ ꝓ modulo no
ſtro. effunder̄ aūt ſup alios nō vtiq; poſſu/
m⁹: ſ; vt h̄ fiat: deū ſup eos a q̄ h̄ id efficit̄
iuocam⁹. Nūqd ḡ poſſum⁹ q̄rere: vtrū iā
ꝓceſſerat ꝺ pr̄e ſpūſanct⁹ q̄ndo nat⁹ ē fili
us: an nōdū ꝓceſſerat: ꝛ illo nato ꝺ vtroq;
ꝓceſſit vbi nl'la ſunt tēpa. ſic potuim⁹ q̄re
re vbi iuenim⁹ tpa: volūtatē ꝑus ꝺ hūana
mēte ꝓcedere: vt q̄rat̄ ꝙ iuētū ꝓles voceẗ
q̄ ia pta ſeu genita volūtas illa ꝑficiū: eo ti/
ne regeſcēs: vt q fuerat appetit⁹ q̄rētꝭ ſit a/
mor fruētꝭ: q iā ꝺ vtroq; id ē ꝺ gignente
mēte: ꝛ de genita notiōe tāq̄; ꝺ pr̄e ac ꝓle
ꝓcedat. Nō pn̄t ꝓrſ⁹ iſta ibi q̄ri vbi nihil
ex tp̄e icoat̄: vt ꝯſeq̄nti ꝑficiat̄ i tp̄e. Qua/
ꝓpt q pōt itelligē ſine tp̄e generatiōem filij
ꝺ pr̄e: itelligat ſine tp̄e ꝓceſſionē ſpūſancti
ꝺ vtroq;. Et q pōt itl'liger i eo qꝺ ait fili⁹:
ſic h; pater vitā i ſemetipo: nō ſine vita exi
ſtēti iā filio vitā dediſſe: ſ; ita eū ſine tp̄e ge
nuiſſe: vt vitā q̄; pat filio gignēdo dedit:
coeterna ſit vite pr̄is q dedit. itl'ligat ſic hab;
pr̄ i ſemetipō: vt ꝺ illo ꝓcedat ſpūſanct⁹.
ſic dediſſe filio vt de illo procedat ſpūſſcūs Jo. 15.
ꝛ vtrūq; ſine tp̄e: atq; ita dictū: ſpiritūſāctū
ꝺ pr̄e ꝓcedere: vt itl'ligat̄: ꝙ ēt ꝓdit de fi/
lio: ꝺ pr̄e eſſe ꝛ filio. Si eni qcqd h; de pr̄e
hab; filius. ꝺ pr̄e h; vtiq; vt ꝺ illo ꝓcedat
ſpūſanct⁹. S; nulla ibi tpa cogiteẗ q̄ habēt
ꝑus ꝛ poſteri⁹: q2 oīa nulla ibi ſunt. Quō
ḡ n̄ abſurdiſſime filius diceret̄ āboꝝ: cū ſic
filio ꝑſtat eſſentiā ſine initio tp̄is: ſine vlla
mutabilitate nāe ꝺ pr̄e generando: ita ſpūi/
ſcō ꝑſtet eſſentiam ſine initio tp̄is: ſine vlla
mutabilitate nature ꝺ vtroq; ꝓceſſio. Iō
eni cū ſpūmſāctū genitū nō dicim⁹: dicere
tn̄ nō audem⁹ igenitū: ne i h̄ vocabulo vel
duos pr̄es i illa trinitate: vl' duos q n̄ ſut de
alio qſpiā ſuſpiceẗ. Pat eni ſol⁹ n̄ ē ꝺ alio
iō ſol⁹ appl'lat igenit⁹. Nō quē i ſcripturis
ſ; i ꝯſuetudie diſputātiū: ꝛ ꝺ re tāta ſmonē
q̄lē valuerit ꝓferētiū. Fili⁹ aūt ꝺ pr̄e nat⁹
eſt: ꝛ ſpūſanct⁹ ꝺ pr̄e ꝑncipalr: ꝛ ipo ſine
vllo tp̄is iteruallo dāte: cōit ꝺ vtroq; ꝓce/
dit. Diceret̄ aūt filius pr̄is ꝛ filij: ſi qꝺ ab/

horreret ab oim sanoꝝ ſenſib⁹ cū ambo ge
muiſſēt. Nō igit̄ ab vtroq̄ ē genit⁹: ſꝫ ꝓce
dit ab vtroq̄ āboꝝ ſpūs. Quid qdā tpe
ad pplm diſputatū ſit de dr̄a generatiōis ꝛ
ꝓceſſionis ſpiritusſancti. Capi. xxvi.

Erū qr in illa coeterna ꝛ eq̄li ꝛ icorpa
V li ꝛ ineffabilit̄ immutabilit̄ atq̄ in
ſepabili trinitate: difficilimū ē gene
ratiōem a ꝓceſſione diſtinguere: ſufficiat in
terim eis q extendi nō valēt in amplius id
qd de hac re in ſermone quodā ꝓferendo
ad aures ppl'i xp̄iani diximus: dictūq̄ ꝯ
ſcripſimus. Inter cetera enim cū p ſcriptu
raꝝ ſanctaꝝ teſtimonia docuiſſē: d vtroq̄
Jo. 15. ꝓcedere ſpūmſanctū. Si g inquā ꝛ de p̄re
ꝛ de filio ꝓcedit ſpūſſanctus: cur filius di
xit: d p̄re ꝓcedit. cur putas niſi queadmo
dū ſolet ad eū referre ꝛ qd ipius ē de quo
ibidē. 7 ꝛ ipe ē. Vñ ꝛ illud eſt qd ait: Mea doctri
na nō eſt mea: ſꝫ eius q me miſit. Si igit̄
hic intelligit̄ eius doctrina quā tū dixit nō
ſuā ſed p̄ris: q̄tomagis illic intelligēdus ē
ꝛ de ipſo ꝓcedere ſpūſſanctus: vbi ſic ait.
De patre ꝓcedit: vt ñ diceret de me ñ pro
cedit. A quo autem habet filius vt ſit deus
Eſt enim de deo deus: ab illo habꝫ vtiq̄ vt
de illo etiā ꝓcedat ſpūſſanctus. ac p hoc ēt
Jo. 15. ſpūſſanctus vt etiam de illo procedat ſicut
ꝓcedit de p̄re: ab ipo habꝫ patre. Hic vt
cūq̄ etiam illud intelligitur q̄tuꝫ a talibus
q̄les nos ſumus itelligi pōt: cur nō dicatur
natus eſſe: ſꝫ potius ꝓcedere ſpūſſanctus:
qm̄ ſi ꝛ ipe fili⁹ diceret̄: āboꝝ vtiq̄ fili⁹ di
ceret̄: qd abſurdiſſimū ē. Fili⁹ qppe null⁹
ē duoꝝ: niſi p̄ris ꝛ matris. Abſit aūt vt int̄
deū patrē: ꝛ deū filiū aliqd tale ſuſpicemur
qr nec fili⁹ hois ſimul ex matr̄ ꝛ p̄re ꝓcedit
ſed cū in matrē ꝓcedit ex patre: non tunc
procedit ex matr̄. ꝛ cū in hāc lucē procedit
ex matr̄: nō tūc ꝓcedit ex p̄re. Spūs autē
ſanct⁹ nō de patre ꝓcedit in filiū: ꝛ de filio
ꝓcedit ad ſanctificādā creaturā: ſꝫ ſimul d
vtroq̄ ꝓcedit: q̄uis h filio pater dederit:
vt queadmodū de ſe ita de illo quo ꝓcedat
Neq̄ eni poſſum⁹ dicere q ñ ſit vita ſpūs
ſanct⁹: cū vita pater: vita ſit fili⁹: ac p hoc
ſicut pater cū habeat vitā in ſemetipo: de
Job. 5 dit ꝛ filio vitā habere in ſemetipo: ſic ei de
dit vitā ꝓcedere de illo: ſicut ꝓcedit ꝛ de
ipo. Hec de illo ſ̄mōe i hūc libꝝ trāſtuli:
ſꝫ fidelib⁹ ñ ifidelib⁹ loqns. Veꝝ ſi ad hāc
imaginē ꝯtuēdā: ꝛ ad vidēda iſta q̄ vera
ſint q i eoꝝ mēte ſūt: nec tria ſic ſūt vt tres
pſone ſint: ſꝫ oia tria hois ſūt q vna pſona ē
min⁹ idonei ſūt: cur non de illa ſūma tri
nitate q deus ē credūt poti⁹ qd i ſacris lr̄is
iuenit̄: q̄ poſcūt liqdiſſimā reddi ſibi rōnē
q ab hūana mēte tarda ſcꝫ ifirmaq̄ ñ capit̄
Et certe cū incōcuſſe crediderint ſcripturis
ſanctis tāq̄ veraciſſimis teſtib⁹: agāt orā
do ꝛ q̄rēdo ꝛ bñ viuēdo vt itelligāt. id eſt
vt quātū videri pōt videat̄ mēte qd tenet̄ fi
de. Quis h ꝓhibeat: imo vo ad h qs nō
hortet̄. Si āt ꝓpterea negādū putāt iſta eē
qr ea nō valēt cecis mētib⁹ cernere: debēt
ꝛ illi q ex natiuitate ſua ceci ſūt: eē ſolē ne
gare. Lux g lucet i tenebris. Qd ſi eā tene Joh. j.
bre ñ ꝯphēdūt: illuminēt̄ dei dono p̄us vt
ſint fideles: ꝛ icipiāt eē lux i cōpatiōe ifide
liū. Ac p h p̄miſſo fūdamēto edificent̄ ad
vidēda q credūt: ꝛ aliqñ poſſint vidē. Sūt
eni q ita credūt: vt videri iā oino ñ poſſint
Nō eni xp̄s iteꝝ i cruce vidēdus ē. Sꝫ ni
ſi h credat̄ qd ita factū atq̄ viſuꝫ ē: vt futu
rū atq̄ vidēdū iā ñ ſperet̄: ñ puenit̄ ad xp̄ꝫ
q̄lis ſine fine vidēd⁹ ē. Quātū vo attinet
ad illā ſūmā: ieffabilē: icorpalē: imutabilē
q̄ naturā p itelligētiā vtcūq̄ cernēdā: nuſ
q̄ ſe meli⁹ regēte dūtaxat fidei regula acies
hūane mētis exercet: q̄ i eo q ipe hō in ſua
natura meli⁹ ceteris aialibus: melius ēt cete
ris aie ſue ptibus hꝫ qd ē ipa mēs. Cui q
dā reꝝ iuiſibiliū tribut⁹ ē viſus: ꝛ cui tāq̄
i loco ſupiore atq̄ iteriore honorabilr̄ p̄ſi
dēte: iudicāda oia nūciāt ēt corpis ſenſus:
ꝛ q ñ ē ſupior cui ſubdita regēda ē niſi de⁹.
Veꝝ int̄ hec q mlta iā dixi: ꝛ nihil illius ſū
me trinitatis ineffabilitate dignū me dixiſſe
audeo ꝓfiteri: ſꝫ ꝯfiteri poti⁹ mirificatam
ſciam ei⁹ ex me inualuiſſe: nec poſſe me ad ps. 138
illā. O tu aia mea: vbi te eē ſentis: vbi iaces
vbi ſtas: donec ab eo q ꝓpiti⁹ fact⁹ ē oib⁹
iniqtatibus tuis ſanent̄ oēs lāguores tui. ibi. 102
Agnoſcis te certe in illo eē ſtabulo: quo ſa
maritanus ille pduxit eū quē repperit a mul Luc. 10
tis latronibus inflictis vulneribus ſemiui
uū. Et tñ multa vera vidiſti: nō his oculis
quibus vident̄ corpora colorata: ſed eis ꝓ
quibus orabat qui dicebat. Oculi mei vi
deant equitatē. Nēpe ergo multa vera vi ps. 16.

diſtt: eaq; diſcreuiſti ab hac luce q̄ tibi ea lu
cere vidiſti: atolle oculos in ipſam lucē: ⁊
eos in eam fige ſi potes. Sic enim videb̄
q̄d diſtet natiuitas verbi dei a ꝓceſſiōe do
Jo.15. ni dei pp q̄ filius vnigenit⁹ nō de pr̄e ge
nitum: alioquin frater eius eſſet ſed ꝓcede
re dixit ſpiritūſantum. Unde cū ſit cōmu/
nio quedam cōſubſtātialis patris ⁊ filij am
borum ſpiritus: non amborum q̄ abſit di
ctus eſt filius. Sed ad hoc dilucide perſpi
cueq; cernendum: non potes ibi aciē fige
re: ſcio quia non potes. Uerum dico: mi/
hi dico: quid nō poſſum ſcio. Ipſa tamē ibi
oſtendit in te tria illa: in quib⁹ te ſumme ip
ſius quam fixis oculis ↄtemplari nōdū va
les: imaginē trinitatis agnoſcas. Ipſa oſ/
tendit tibi verbū veruȝ eſſe in te: quādo de
ſcientia tua gignitur: id eſt quādo quod ſci
mus dicimus: q̄uis nulli⁹ gentis lingua
ſignificantem vocem: vel ꝓferamus: vel
cogitamus: ſed ex illo q̄ nouim⁹ cogitatio
noſtra formetur. ſitq; in acie cogitātis ima/
go ſimillima cogitationis eius quam mēo/
ria ↄtinebat iſta duo ſcȝ velut parētē ac ꝓlē
tertia volūtate ſiue dilectiōe iūgēte. Quā q
dē volūtatē d̄ cogitatiōe ꝓcedeř. nemo em̄
vult q̄ oino q̄d vl̄ q̄ e ſit neſcit: nō tn̄ eē co/
gitationis imaginē: ⁊ ideo quādā in hac re
itelligibili natiuitatis ⁊ ꝓceſſiōis iſinuari
diſtātiā qm̄ nō hoc ē cogitatiōe ↄſpiceř q̄
appetere. vl̄ etiā ꝑfrui volūtate: cernat diſ
cernatq; q̄ pōt. Potuiſti ⁊ tu: q̄uis nō po
tueris: nec poſſ̄ explicař ſufficiēti eloq̄o:
q̄ iter nubila ſimilitudinū corporalium: que
cogitatiōib⁹ hūan̄ occurſař nō d̄finūt vix
vidiſti. Sed illa lux q̄ nō ē q̄ tu: ⁊ hoc ti/
bi oſtēdit aliud eē illas icorporeas ſilitudi
nes corpoꝝ: ⁊ aliō eē veꝝ: q̄ eis reprobā
tis itelligētia ↄtuemur. hec ⁊ alia ſilr certa
oculis tuis iterioribus lux illa monſtrauit.
Que igiť cā ē cur acie fixa ipſam videre nō
ps.102 poſſis: niſi vtiq; iſirmitas. Et q̄d tibi eam
fecit niſi iniq̄tas. Quis ḡ ſanat oēs lāguo
res tuos: niſi q̄ ꝓpitius fit oīb⁹ iniq̄tatib⁹
tuis. Librū itaq; iuſtū iā tandē aliq̄n p̄ca
tione melius q̄ diſputatione cōcludam.

Domine deus nr̄: credim⁹ i te pr̄eȝ
⁊ filiū: ⁊ ſpūm ſcm̄. Neq; eni dicēt
mat.28 Ueritas. Ite baptizate oēs gētes i no
mine pr̄is: ⁊ filij: ⁊ ſpūſſci: niſi eſſes. Nec
baptizari nos iuberes dn̄e de⁹ in eius noie
q̄ nō ē dn̄s de⁹. Neq; diceret voce diuia:
Audi iſrael: dn̄s de⁹ tu⁹ de⁹ vnus ē: niſi Deu.6
trinitas ita eſſes vt vnus dn̄s de⁹ eēs. Et
ſi tu de⁹ pr̄ ipe eſſes: ⁊ fili⁹ verbū tuū ieſus
xp̄s ipe eſſes: ⁊ donū veſtrū ſpūſſcūs: non
legerem⁹ in lr̄is veritatis. Miſit de⁹ filiuȝ Gal.4
ſuū. Nec tu vnigenite diceres de ſpūſſan
cto. Quem mittet pater in nomine meo: ⁊ Jo.14
quē ego mittā vobis a patre. Ad hanc re/ Ibi.15
gulam fidei dirigens intentionē meā quā/
tū potui: q̄ntū me poſſe feciſti: q̄ſiui te ⁊ de
ſideraui intellectu videre q̄ credidi: ⁊ mlt̄
tū diſputaui ⁊ laboraui. Dn̄e deus meus
vna ſpes mea: exaudi me ne fatigat⁹ noliȝ
te q̄rere: ſȝ q̄rā faciē tuā ſp ardēt. Tu da q̄ ps.104
rēdi vr̄s q̄ iueniri te feciſti: ⁊ mag̃ magiſ
q; iueniēdi te ſpē dediſti. Corā te ē firmi/
tas: ⁊ iſirmitas mea. Illaȝ ſua: iſtā ſana.
Corā te ē ſcia: ⁊ ignorātia mea. Ubi mihi
apuiſti: ſuſcipe itrātē. vbi clauſiſti: api pul
ſanti. Meminerī tui: itelligam te: diligā te
Auge i me iſta: donec me reformes ad ite
grū. Scio ſcriptū eſſe: In mltiloq̄o n̄ effu/ pro.10.
gies pctm̄. Sȝ vtinā p̄dicādo verbū tuū: et
laudādo te tm̄mō loq̄rer n̄ ſolū fugerē pctm̄
ſed meritū bonū acq̄rere: q̄mlibȝ multū ſic
loq̄re. Neq; eni hō d̄ te beat⁹: pctm̄ p̄cipet
germano i fide filio ſuo: cui ſcripſit dicens
Predica verbū: iſta opportune: iportune. 2.thi.4
Nūq̄d dicēdū ē iſtū n̄ mltū locutū: q̄ n̄ ſolū
opꝑtune verū etiā iportune verbū tuū dn̄e nō
tacebat. Sȝ iō nō erat multū: q: tm̄ erat ne
ceſſariū. Libera me deus a multiloq̄o q̄
patior itus in aia mea miſa in ↄſpectu tuo
⁊ ↄfugiētē ad miſericordiā tuā. Nō eni co
gitationibus taceo: ēt tacēs vocib⁹. Et ſi
q̄dē nō cogitarē niſi q̄ placeret tibi: nō vti
q; rogarē vt me ab hoc mltiloq̄o liberares
Sȝ mlte ſūt cogitatiōes mee: tales q̄les no
ſti cogitatiōes hoim q̄m vane ſūt. Dōa mi ps.93.
hi n̄ eis ↄſentire: ⁊ ſi q̄n me delectāt: eas ni
hilomin⁹ iprobare: nec i eis velut dormitā
do imorari. Nec intm̄ valeāt apud me: vt
aliq̄d i opa mea ꝓcedat ex ill̄. ſȝ ab eis mea
ſaltē tuta ſnīa: tuta ↄſcia te tuēte. Sapiēs q
dā cū de te loq̄reť i libro ſuo q̄ eccleſiaſticus ꝓ
prio noie iā vocať. Multa inq̄t dicimus ⁊ Ec.43
n̄ ꝑuenimus. ⁊ ↄſūmatio ſmonū vniuerſa
ē ipe. Cū ḡ ꝑuenerim⁹ ad te: ceſſabūt mlta

Cō.15 iſta q̄ dicim⁹: ⁊ ñ puenim⁹ ⁊ manebis vn⁹ oia i oib⁹: ⁊ ſine fine dicem⁹ vnū laudātes te i vnū: ⁊ in te facti ēt nos vnū. Dñe deus vn⁹: de⁹ trinitas: q̄cūq₃ dixi i his libris de tuo agnoſcant ⁊ tui. Si q̄ de meo ⁊ tu ignoſce ⁊ tui. Amen.

Aurelij Auguſtini d̄ trinitate liber explicitus eſt: Venetijs feliciter impſſus p Pagāninū de Paganinis Brixieñ. Anno dñi. M.cccc.lxxxix. die. xij. noueb̄ris.

Incipit Tabula in libros Auguſtini precedentes.

a Poſtolus aliq̄b⁹ loq̄bat̄ tanq̄ carnalib⁹ ⁊ min⁹ pfectis. li. j. c. j. ⁊. xii

A vera ⁊ pfecta ſimilitudinē dei q̄ntū diſtent que in natura mentis vtcūq₃ deo ſimilia reperiunt̄. li. xv. ca. xii.

Ad cognitionē trinitatis neceſſaria eſt pietas. libro. i. capitulo. ii.

Aliorum ſcripta nō niſi caritate ⁊ veritate arguenda ſunt. libro. i. capitulo. iii.

A rep̄hēſore falſitatis argui meli⁹ ē quā ab eo cui falſitas placet laudari. ibidem.

Aialis hō ñ pcipit ea q̄ dei ſunt. li. i. c. viii.

Ad eū venientus ⁊ manſionē apud eū faciemus quō intelligat̄. libro. i. capitulo. ix.

Amat nos deus tales quales futuri ſum⁹. libro. i. capitulo. x.

Apparebit dñs ieſus in forma humana in extremo iudicio cū gl'ia. li. i. ca. xiii.

Aſcēſio corporalis xp̄i in celū multū vtilis fuit credentibus. libro. i. ca. ix.

Aſſumptio carnis ſiue creature aliter in filio aliter in ſpū ſancto fuit. li. ij. capitu. v.

Apparitiones dei multimode: quarum alique miſſiones dicunt̄. libro. ii. ca. vii.

